# NOI REFFORMATORI
## dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la Fede di Reviſione, & Approbatione del P. F. Tomaſo Maria Gennari Inquiſitore nel Libro intitolato : *Conſtitutiones Pontificiæ , & Romanarum Congregationum Deciſiones ad Vicarius utriuſque Cleri ſpectantes,* Jo: *Baptiſta Pittono Sacerdote Veneto Collectore*; non v'eſſer coſa alcuna contra la Santa Fede Cattolica , & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Prencipi , & buoni coſtumi, concedemo Licenza à *Leonardo Pittoni Stampatore*, che poſſa eſſer ſtampato , oſſervando gli ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Publiche Librarie di Venezia , & di Padova.

Dat. 25. Luglio 1713.

( Franceſco Loredan K. Pr. Ref.
(
( Gio:Franceſco Moroſini K. Ref.

*Agoſtino Gadaldini Seg.*

---

Si habeantur hoc in Libello aliquæ Reſolutiones , quæ non ſint ubique uſu receptæ, Auctor fatetur , ſe nolle per hanc Impreſſionem derogare conſuetudini Locorum , aut Privilegiis , exemptionibus , &c.

CON-



# CONSTITUTIONES
## AC DECISIONES
# AD VICARIOS
## UTRIUSQUE CLERI SPECTANTES,
## EDITÆ
## ANNIS, DIEBUS, & MENSIBUS, UT INFRA.

Anni — Numeri

1507. 29. Mar. —— VIcarii Eccleſiarum Cathedralium eligi poſſunt in Conſervatores Regularium Ordinis Minimorum, qui ſic electi poſſint contradictores quoſcunque excommunicare , & cenſuras , iteratis vicibus , aggravare , ac loca quæcunque Eccleſiaſtico ſubiicere interdicto , ac omnia alia , quæ poſſunt Conſervatores ab aliis Fratribus aliorum Ordinum Mendicantium , juxta Privilegia eis ſuper hoc conceſſa , electi . *Julius II. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.*1. *Conſtitut.* 4. *ejuſd. Pontific. qua incipit.* Alias , §.6. *pag. mihi* 83. ¶ Vide infra 1623. 23. Oct. 1

1514. 5. Maji. —— Eccleſiis Cathedralibus Cardinalibus commendatis digni , & idonei Vicarii , ſeu Suffraganei , prout conſuetudo fuerit , cum digna , & competenti mercede apponantur ab ipſis Cardinalibus . *Leo X. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.*1. *Conſtitut.* 7. *qua incipit* Supernæ , §. 21. 2

1515. 4. Maji. —— In Urbe Roma Vicarius Papæ diligenter examinet libros imprimendos , & per ejus manus ſubſcriptionem , approbet : in Orbe 3

A verò

verò Epiſcopus, vel ab eo deputatus, ac Inquiſitor Hæreticæ pravitatis idem obſervent. *Leo X. apud* eund. *ibidem, Conſtitut.* 12. *qua incipit* Inter, §. 2.

1516. 19. Dec. —— Superiores Fratrum Mendicantium, Fratres, quos ad audiendas Confeſſiones, Subditorum Prælatorum ( *Epiſcoporum ſcilicet* ) pro tempore elegerint, eiſdem Prælatis perſonaliter exhibere, ac preſentare, ( ſi eos ſibi exhiberi, & præſentari petierint ) alioquin eorum Vicariis, ( dummodo ad Prælatos ultra duas dietas accedere non cogantur ) teneantur omnino. *Leo X. apud* Cherubin. *in Bullar tom.* 1. *Conſtitut.* 22. *qua incipit* Dum intra, §. 6. *& referunt etiam* Peyrin. *de privileg. Regular. tom.* 2. *Conſtitut.* 26. *ejuſd. Pontific. pag. mihi* 146. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 8. *num.* 16. *& tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 1. §. *IV.* 4

1516. 19. Dec. —— Dicti Fratres nullatenus in eorum Eccleſiis. ſeu Domibus, aut aliis eorum locis, ab alio, quàm à Diæceſano Epiſcopo, niſi prius ipſo Diæceſano Epiſcopo, vel ejus Vicario ſuper hoc cum debita reverentia requiſito, & abſque rationabili cauſa contradicente, vel eo à Diœceſi abſente, ad Ordines promoveri debeant. *Leo X. apud.* eoſdem *ibid.* §. 12. 5

1518. 27. Sept. —— Rectores, Vicarii, aliique Clerici Provinciæ Calabriæ non poſſunt moleſtare Fratres Ordinis Minimorum ſuper Quarta Funeralium, nec quoad hoc impedire Defunctorum Parentes, vel Hæredes, aut etiam Executores, ſuarum ultimarum voluntatum; nec Teſtatores intendentes apud dicti Ordinis Domus eorum Sepulturas eligere, ab eorum propoſito perſuaſionibus retrahere, aut ipſorum voluntates revocari, aut mutari facere præſumant. *Leo X. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *Conſtitut.* 10. *ejuſd. Pontific. qua incipit* Exponi, §. 2. *pag. mihi* 123. 6

1566.



1566. 1. Apr. —— Rectoribus, Vicariis, Sacriſtis, aliiſque Eccleſiarum Cuſtodibus mandatur, quatenus delinquentes in Eccleſis admoneant, & ut in eis vetita fieri non permittant, penam duorum aureorum pro qualibet vice, incurrant. *Pius V. apud.* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Conſtitut.* 5. *qua incipit* Cùm primùm, §. 4. *& referunt etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Reverentia Divinor. Officior. & Eccleſiar. *pag. mihi* 452. *ac* Barboſa *de poteſt. Parochi, par.* 1. *cap.* 13. *num.* 37. *nec non* Monacel. *in Formular. leg. pract. in appen. ad* 1. *partem, pag. mihi* 379.

1567. 16. Maii. —— Puellarum Deo dicandarum, an ſcilicet coactæ, vel ſeductæ fuerint, examen faciendum, non niſi infra quindecim dies, poſtquam juxta Concilium Tridentinum Epiſcopi, vel eorum Vicarii requiſiti fuerint, fieri poſſit: quibus elapſis, amplius in hoc illis ſe intromittere non liceat: cujus occaſione nec Epiſcopus, nec ejus Vicarius intra ſepta Monaſteriorum ingrediantur, ſed ſtent ante cratem ferream: & interrogationes alias, quàm eas, quas præfatum Concilium Tridentinum jubet, eis fieri omnino prohibet *Pius V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Conſtitut.* 41. *qua incipit* Etſi Mendicantium, §. 8. *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *Conſtitut.* 7. *ejuſd. Pontific. pag.* 206. *ubi in adnotationib. num.* 10. *ait, quod* quidquid ſit quoad hanc Bullam, certè quoad iſtam partem eſt in ſuo robore, prout etiam dicit Zerola 1. *par. prax. verb.* Monialis, *num.* 1. 7

1567. 16. Maii. —— Regulares Mendicantes, quibus Cura Animarum eſt, poſſint per ſeipſos, juxta ſuorum Superiorum ordinationem, aut alios Vicarios, ſeu Capellanos Sæculares, ipſorum Regularium nutu amovibiles, ac eis deputatos, & ab Ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos, præfactam Curam exercere: neque in eorum deputatione, vel amotione, neque cujus partis fructuum conſignatione pro præfatis C... 8

pellanis, ſeu Vicariis Secularibus, ſi per tales
Curam exerceri contigerit, Epiſcopi ullo pacto
ſe intromittant. *Pius V. apud* coſd. *ibidem* §. 23.
¶ Vide infra num. 12. & 13.

1567. 1. Nov. —— Patriarchæ, Archiepiſcopi, 9
& Epiſcopi in aſſignatione portionis Vicariis per-
petuis Parochialium Cathedralibus, aliiſve Ec-
cleſiis, Monaſteriis, Beneficiis, Collegiis, vel
Locis piis perpetuò unitarum, ex Concilio Tri-
dentino ipſorum Prælatorum arbitrio facienda,
ita ſe continere, & arbitrari debent, ut non
major centum, nec minor quinquaginta ſcutorum
annuorum ſumma, computatis omnibus etiam
incertis emolumentis, & aliis obventionibus com-
muniter percipi ſolitis, eis omnino aſſignetur,
niſi Vicariis temporariis ſolitum fuiſſet plus aſſi-
gnari, ſive in quantitate, aut quota fructuum, pe-
cuniàque numerata, fundo, ſeu alia re ſtabili
portio hujuſmodi conſtituatur, cujuſcunque va-
loris Parochialis Eccleſia unita fuerit, & habita
etiam ratione reddituum, & onerum loci, cui
Parochialis ipſa unita fuerit, ita quod portiones
ultra, vel infra dictas ſummas ſcutorum centum,
& ſcutorum quinquaginta hactenus aſſignatæ,
vel in poſterum forſan aſſignandæ, quoad exceſ-
ſum, & defectum hujuſmodi nullius roboris, &
momenti exiſtant, & ad ſummas prædictas redu-
ctę, & auctæ reſpectivè cenſeantur, niſi tamen
valor annuus ipſius Parochialis unitę, habita
ratione (ut pręfertur) minor ſit quinquaginta
ſcutis, quo caſu portio aſſignata, vel aſſignanda
Vicario perpetuo non debet excedere ſummam
annuam valoris dictę Parochialis, ſed ſufficiat,
quod omnes fructus ejus duntaxat attribuantur ipſi
Vicario perpetuo. *Pius V. apud* Cherubin. *in
Bullario Romano*, *tom. 2. Conſtitut. 47. quæ incipit* Ad
exequendum, §. 2. *& refert etiam* Quaranta *in
Summa Bullar. verb. Vicarius perpetuus*, *pag. mihi*
498.

1567.



1567. 1. Nov. —— Eccleſiæ, Monaſteria, Colle- 1
gia, Beneficia, & pia Loca hujuſmodi, in quo-
rum Parochialibus Eccleſiis unitis continget Vi-
carias prædictas erigi pro quantitatibus fructuum
ipſis Vicariis perpetuis aſſignatorum, ad ſolutio-
nem quindenniorum, quam Romano Pontifici,
& Camerę Apoſtolicę ſolvunt, ulterius non te-
neantur, ſed eis detractio fiat ad ratam certo-
rum, quę de fructibus dictarum Parochialium
percipiuntur: ita tamen, quod Vicarii perpetui,
qui pro tempore deputabuntur, teneantur acci-
pere à Sede Apoſtolica novam proviſionem ſuę
deputationis, & ſolvere annatam pro portione
fructuum, reddituum, & proventuum certorum
ſibi aſſignata, & expedire litteras Apoſtolicas: nec
alias ad poſſeſſionem dictarum Vicariarum perpe-
tuarum, & ſervitium earundem Parochialium
admitti poſſint, niſi ſoluta annata, & expeditis
litteris Apoſtolicis novę proviſionis, ut pręfer-
tur, alioquin integrum quindennium ſolvi debeat,
nec Vicarii prędicti antea tuta conſcientia fru-
ctus percipere poſſint. *Pius V. apud* coſd. *ibid.*
§. 3.

1567. 1. Nov. —— Dicti Vicarii perpetui non ad 12
liberam Ordinariorum electionem, ſed ad nomi-
nationem illorum, in quorum Eccleſis unitis po-
nentur, cum ipſorum Ordinariorum, ſeu eorum
Vicariorum pręvio examine, & approbatione de-
putentur, prout conſtituit dictus *Pius V. apud* coſd.
*ibid.* §. 4.

1567. 1. Nov. —— Si dictę Parochiales unitę erunt 13
Monaſteriis Regularium Mendicantium, poſſint
à Superioribus dictorum Monaſteriorum nomi-
nari ex ipſis Mendicantibus, quos ſi Ordinarii
pręvio examine per ſe, aut eorum Vicarios fa-
ciendo idoneos ad Curam Animarum exercendam
invenerint, & ita pro idoneis approbaverint,
teneantur in Vicarios, ad nutum tamen Superio-
rum ſuorum amovibiles, deputare: idemque etiam

A 3 ſer-

ſervetur in Regularibus Monachis tantùm, dummodo in ea Parochiali, in qua unus ex eis Monachis fuerit, ſervata forma prędicta, Vicarius deputatus, habitent cum eo ſaltem quatuor alii ex dictis Monachis. *Pius V. apud* eoſdem *ibid.* §. 5. ¶ Quoad tamen cohabitationem quatuor Monachorum, vide moderationem infra 1576. 24. Jul. ¶ Ex hac Bulla Piana infert Aſcanius Tamburin. *de Jure Abbatiſſar. diſput.* 32. *quæſito* 12. *num.* 1. & 2. *quod* ſi Monaſteria Monialium habeant Beneficium Curatum unitum, Abbatiſſa poteſt de conſenſu ſui Capituli Clericos inſtituere, & Beneficia, ac Capellas conferre, ad inſtar aliorum Prælatorum, præſentando ſcilicet Epiſcopo Vicarium perpetuum, vel amovibilem, juxta tradita *in cap. noſtra, & cap. noſcit, de his quæ fiunt à Prælat. & cap. dilecta,* & in Gloſ. *ibid.* ac Panormit. *de majorit. & obed.* Poteſt enim Fœmina ratione dignitatis habere Beneficiorum collationem, Felin. *in d. cap. num.* 21. Tiraquell. *de Primog. qu.* 10. *nu.* 13. Rebuff. *tract. nominat. qu.* 8. *nu.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 22. *num.* 12. Marc. Anton. *var. lib.* 1. *reſol.* 63. *num.* 5. Flores de Mena *var. qq. lib.* 1. *qu.* 10. *nu.* 4. ac Boerius *deciſ.* 32. *num.* 10.

1568. 1. Oct. —— Ab Ordinariis Locorum in In- 14
ſula Sardiniæ exiſtentibus fiat deputatio Vicariorum in Parochialibus, quæ ſunt annexæ Dignitatibus, aſſignata eis, etiam ſupra certa-re, fructuum portione non majori ſcutis centum, nec minori quinquaginta. *Pius V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Conſtitut.* 74. *quæ incipit* Quantum, §. 3. ¶ Notandum, quòd ſi Parochialis Eccleſia unita ſit Prælaturæ, ſeu Benficio electivo, in inſtitutione Vicarii non eſt requirendus conſenſus Patroni, quia is per unionem, ſaltem ſi cum illius conſenſu facta fuit, cenſetur amiſiſſe jus præſentandi, niſi id ſpecialiter ſibi reſervarit, Laym. *ad cap.* 3. *de offic. Vicar. num.* 3. citans Gloſſ. *in idem caput V. Epiſcopi*, Lap. *in Clem. unic. de offic. Vicar. apud* Leuren. *in Foro Benefic. par.* 1. *ſect.* 1. *cap.* 3. §. 2. *quæſt.* 117.



1569. 22. Ian. —— Epiſcopus habet facultatem cre- 15
andi perpetuos Vicarios in Parochialibus Eccleſiis unitis, ſeù annexis Collegiatæ Eccleſiæ: & qui admittendi erunt, tam perpetui, quàm amovibiles futuri ſint, prius ab Ordinario examinandi, & approbandi ſuut. *Congregat. Concil. in Aquilejen. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag. mihi* 201. ¶ Notandum primò, quod ſi non ſolùm Cura actualis, ſed etiam habitualis translata ſit in Vicarium, examen faciendum eſt per Concurſum, prout habet Leuren. *in d. Foro Benefic. loc. cit. quæſt.* 120. *num.* 3. citatis Barboſa, de Luca, & Corrado. ¶ Notandum ſecundò, quod plures Vicariæ ſimul conferri nequeunt uni, ſi in titulum, ſeu in perpetuum conferantur, adeoque Curam habeant Animarum, Laym. *ad cap.* 2. *de offic. Vicar.* Corrad. *in Prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 14. eadem enim prorſus eſt ratio de duabus Vicariis perpetuis, quæ de duabus Parochialibus, aut duobus Beneficiis perſonalem reſidentiam requirentibus, quæ eſt ratio, cur duo Beneficia Curata retineri non poſſint.

1569. 14. Jun. —— Pro Beneficiis Curatis vacan- 16
tibus, quorum collatio pertinet ad Abbatem, vel ad alios ea in aliena Diæceſi poſſidentes, deputatio Vicarii, donec provideatur Parochialis de Rectore, ad Epiſcopum, in cujus Diæceſi ſita eſt Parochialis, cum congrua arbitrio ſuo fructuum portionis aſſignatione ſpectabit. *Congregat. Concil. in Aquilejen. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concur. Paroch. *pag. mihi* 193. *ad cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *de reform. ubi quod* Cuſtodia, & adminiſtratio Bonorum Parochialis vacantis, ſpectat ad Vicarium, *ex ead. Congregat. in Ravennaten.*

1570. 15. Apr. —— Archipresbiter, qui habet unitam Parochialem Eccleſiam ſuo Archipresbiteratui, in Parochiali reſidere non tenetur, ſed in ea Vicarius eſt deputandus. *Congregat. Concil. in Bellunen. apud* eund. *par. 2. tit.* de Parocho, *pag. mihi* 201. ¶ Notandum, quod qui Vicarium perpetuum deputari obtinuit, non tenetur reſidere, prout declaravit *ead. Congregat. in Portugallien. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Parochus, *num. 31. in fine.* 16

1570. 4. Nov. —— Epiſcopus pro Viſitatione ſuæ Diæceſis uti poteſt operà Parochi per quatrimeſtre ſingulis annis, modò interim in Eccleſia Vicarium deputet. *Congr. Conc. in Eginaten. apud* Paſcucc. *par. 2. tit.* de Vicario, *pag. mihi* 419. ¶ Notandum, quod excepta hujuſmodi Parochi electione facta ab Epiſcopo, Parochus non poteſt, licentia non obtenta, per hebdomadam abeſſe à ſua Parochia, etiam relicto Vicario idoneo, approbato ab Epiſcopo, ut reſoluit *Congregat. Epiſcopor. apud* Garz. *de Beneſic. par. 3. cap. 2. num. 33. in 3. declar.* 17

1571. 20. Sept. —— Si Beneficiati ſine cauſa omittant Divinum Officium, amittant pro rata omiſſionis fructus ſuos. *Pius V. in Conſtitut. quæ incipit* Ex proximo, *apud* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Horæ Canonicæ, *pag. mihi* 282. ¶ Notandum, quod Vicarius Regularis temporalis ad nutum Superioris amovibilis, qui Parochiam tenet Monaſterio incorporatam, videtur, quod non teneatur ad reſtitutionem, ſi Breviarium omittat, prout habet Engel *in Manuali Parochor. par. 2. cap. 6. num.* 11. ¶ Quod Vicarii alicujus Beneficiarii, ratione Vicariatus non teneantur ad Horas Canonicas, Vicarii verò Generales Epiſcoporum ratione Vicariatus hanc habeant obligationem, refert Biſſus *in Hierurg. tom. 2. litt. V. num.* 44. ex Caſtropal. *par. 2. tract. 7. diſp. 2. punct. 1. §. 2. num.* 5. & ex Mend. *in Epitom. verb. Hora Can. n.* 44. 18

1571.



1571. 6. Oct. —— Ordinarii Locorum, eorumque Vicarii in temporalibus, & ſpiritualibus aliquas Eccleſias in ſuis Civitatibus, & Diœceſibus, ſeu Loca honeſta, in quibus Infantes, & Pueri ad audiendum Doctrinam Chriſtianam convenire poſſint, deputent, & Viros ad id idoneos, vita & moribus approbatos, qui diebus ſaltem Dominicis eoſdem Infantes, & Pueros, ac alias Perſonas Divinæ Legis expertes, in Articulis Fidei, & Præceptis Sanctæ Matris Eccleſiæ inſtruant, confirment, & erigant: atque tot Societates, ſeu Confraternitates, quot ad hoc tam ſanctiſſimum opus exercendum eis opportunè videbuntur, inibi erigant, & inſtituant. *Pius V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. Conſtitut. 137. quæ incipit* Ex debito, §. 2. 20

1571. 5. Nov. —— Undecim inſtituuntur, & eriguntur Vicariæ perpetuæ in totidem Baſilicis, & Eccleſiis Parochialibus Almæ Urbis, & aſſignatur portio pro Vicariis, ſcilicet in Baſilica S. Joannis Lateranenſis centum & viginti, in Baſilica Principis Apoſtolorum itidem centum & viginti, in Eccleſia verò S. Blaſii ſeptuaginta, in S. Catharinæ ſexaginta, in S. Pantaleonis aliorum ſexaginta, in S. Mariæ in Via lata octoginta, in S. Mariæ Tranſtyberim aliorum octoginta, in S. Laurentii in Damaſo centum, in S. Angeli ſexaginta, in S. Quirici quinquaginta, & in S. Nicolai ſimiliter quinquaginta ſcutorum monetæ annuatim ex fructibus, redditibus, & proventibus earumdem Baſilicarum, & Eccleſiarum, in quibus Vicariæ hujuſmodi conſiſtunt, vel quarum Menſis Capitularibus Eccleſiæ ipſæ unitæ ſunt, à Capitulis perſolvendorum: & inſuper dictis Vicariis aſſignantur omnia emolumenta ratione exercitii Curæ, & Officiorum Funeralium, quæ in ipſa die humationis Cadaverum celebrantur. *Pius V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. Conſtitut. 139. quæ incipit* Etſi omnibus. ¶ Notandum, quod Alexandro VII. anno 1659. juxta dictam Pianam Conſtitutionem declaravit, 21

ravit,

ravit, dictis Vicariis perpetuis deberi emolumenta
Funeralium pro Cadaveribus tam Parochianorum,
quàm exterorum, qui ſibi Funus & Sepulturam in
aliqua ex prædictis Eccleſiis reliquerunt, prout re-
fert Piton. *diſceptat. Eccleſ. par. 2. diſcept. 50. num. 44.*
*ubi quod* extra terminos hujus declarationis, loquen-
do in puncto Juris, negativa opinio tenenda eſſet
quoad exteros, quia in Funeribus exterorum ha
betur conſideratio Eccleſiæ tumulantis, non au-
tem Parochialitatis: neque Vicarius, qui conſide-
ratur in exercitio Curæ, & in labore adminiſtra-
tionis Sacramentorum, poteſt habere emolumen-
ta Cadaverum, pro quibus non habuit hujuſmodi
onus. ¶ Hanc declarationem habet quoque
Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 1.*
*Conſtitut. 2. Paſchalis II. num. 43. pag. mihi* 377.

1571. 8. Dec. —— Deputandus eſt Vicarius pro Cu- 22
ra Animarum, dum Parochus infirmus ob aeris
intemperiem, in locis vicinioribus, & quoad Me-
dicos, & Medicinas commodioribus curatur.
*Congregat. Concil. in Aſculana, apud* Paſcucc. *in*
*Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatell. par. 2.*
*tit.* de Vicario, *pag. mihi* 419.

1573. 25. Apr. —— Vicarii perpetui conſtitui non 23
poſſunt abſque erectione Vicariæ. *Congregat. Con-*
*cil. in Mediolanen. apud* eund. *ibid. tit.* de Parocho,
*pag. mihi* 201. *ubi etiam quod* erectio Vicariæ ſolet
fieri in inſtrumento Unionis, hoc eſt, quod de-
inceps Parochiali unitæ deſerviatur per Vicarium
amovibilem, vel perpetuum: quod ſi factum non
reperiatur, poterit Epiſcopus talem erectionem
facere.

1574. 2. Jul. —— Epiſcopus tenetur Vicarium per- 24
petuum, aut temporalem conſtituere in Prioratu,
cui Cura Animarum incumbit, aſſignata ei con-
grua fructuum illius portione. *Congregat. Concil. in*
*Januen. apud* eund. *ibid. pag. mihi* 201.

1574. 20. Aug. —— Epiſcopus per Vicarium ſuum 25
Generalem viſitare non poteſt Eccleſiam exem-
ptam,



ptam, ſed per ſeipſum ſolum, vel illis, quibus
videbitur Adjunctis *ex cap. 4. ſeſſ. 6.* Si verò ex aliis
Concilii Decretis viſitare voluerit, id per Vica-
rium, aut Viſitatorem adimplere poterit, ſi legi-
timè impeditus ſit. *Congregat. Concil. in Polentina,*
*apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac.*
*Pignatel. par. 2. tit.* de Viſitatione, *pag. mihi* 437.

1576. 2. Maii —— Locorum Ordinarii Eccleſias 26
Curatas unitas Monaſteriis viſitare poſſunt, & in
eis etiam ponere Vicarios perpetuos ſecundùm diſ-
poſitionem Concilii Tridentini *cap. 7. ſeſſ. 7. de Re-*
*gular.* ſed ſi Eccleſiæ hujuſmodi poſitæ ſunt in loco
ipſorum Monachorum, ſervanda erit diſpoſitio
*cap. 15. ſeſſ. 25.* itid. *de Regular.* idemque, ſi Mo-
naſteria eſſent ab ipſorum primæva fundatione Cu-
rata. *Congregat. Concil. in Regien. apud* eund. *dict.*
*par. 2. tit.* de Parocho, *pag. mihi* 201.

1576. 24. Jul. —— Si in Eccleſiis Parochialibus uni- 27
tis Monaſterio, Superiores ipſius Monaſterii no-
minaverint aliquos ex Monachis, quos Epiſcopus,
prævio examine per ſe, vel per ſuos Vicarios fa-
ciendo, idoneos ad Curam Animarum exercendam
invenerit, & ita pro idoneis approbaverit, depu-
tet eos in Vicarios ad nutum eorumdem Superio-
rum amovibiles, dummodo in ea Parochiali, in
qua unus Monachus fuerit Vicarius deputatus, ha-
bitet ſecum duntaxat unus alius Monachus Socius.
*Congregat. Concil. in Aurien. apud* eund. *ibid. pag. mi-*
*hi* 218. ¶ Quoad cohabitationem unius tantùm
Monachi, hæc eſt moderatio Conſtitutionis Pia-
næ, de qua ſupra 1567. 1. Nov.

1576. 23. Dec. —— Tempore Peſtis tenentur Paro- 28
chi reſidere in ſuis Eccleſiis Parochialibus. *Congre-*
*gat. Epiſcopor. in Mediolanen. apud* Engel *in Manuali*
*Parochorum, par. 2. cap. 5. num. 11. ubi quod* poteſt
Parochus per Vicarium idoneum Sacramenta ad-
miniſtrare, ne cogatur ſine neceſſitate præſentiſſi-
mum vitę periculnm ſubire.

1577. 10. Maii —— Sicut Archipresbyter debet præ- 29
ferri

ferri Vicario Parochialis, ita etiam illi eſt præfe-
rendus Clerus dicti Archipresbyteratus. *Rota in
Pampilonen. antelationum caram* Lancelloto Sen. *apud*
Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap. 6. num. 30. ubi
quod* Archipresbyteratus de jure ſonat in Dignita-
tem, *ex d. Rota, deciſ. 9. de Preben. in noviſ. & de-
ciſ. 1. de offic. Archipresbyt. in antiq.* Vicarius verò
non dicitur poſſidere nomine proprio, ſed ejus à
quo deputatur, ex Vitalin. *in Clem. unic. num. 22.
& 23. de offic. Vicar.* Lap. *alleg. 1. num. 7. verſ. ſecus in
temporalibus*: & potentius eſt jus, quod quis ha-
bet jure proprio, quàm alieno, Jaſon. *in l. more,
num. 4. de juriſdict. omn. judic.*

1578. 4. Aug. —— Capitulum non poteſt devenire 30
ad electionem Vicarii Capitularis poſt habitam
notitiam mortis, vel translationis Epiſcopi, quan-
do Vicarius Epiſcopi defuncti, vel translati miſ-
ſus fuerat à Sede Apoſtolica, vel à Sacra *Congre-
gat. Epiſcopor. in Aquilana*, quia durat etiam Sede
vacante, *ead. Congregat. in Lycien.* 1590. 17. *Nov.*
argum. *cap. penult. in junct. verb. mortem, de ſupplen.
neglig. Prelat. in 6. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicar. par. 1.
ſect. 4. ſub ſect. 1. num. 21.* ¶ Notandum, quod Epi-
ſcopo ducto in captivitatem, vel verſante in remo-
tis, & Vicario illius, quem ipſe conſtituerat,
interea mortuo, poteſt Capitulum Vicarium Ca-
pitularem eligere, prout habet Leuren. *de Vicar.
tract. 1. cap. 1. §. 1. quæſt. 25. & 28. ubi quod* ſi Epiſco-
pus captus à Turcis haberet Vicarium, ceſſaret il-
lius officium.

1579. 18. Dec. —— Si Vicarius lucrari voluerit Di- 31
ſtributiones quotidianas, & ſit Canonicus, in-
tereſſendo Choro, debet habere ſolitam veſtem
Canonicalem, & ſedere in loco proprio ſui Cano-
nicatus, neminem antiquiorem præcedendo. *Ro-
ta in Lucana Beneficii coram Seraphino, apud* Pelle-
grin. *loc. cit. n. 34. ubi n. ſeq. ait, quod* ſi noluerit habere
Diſtributiones, debet præcedere omnes: non tamen
poteſt occupare ſedem Archidiaconi in Eccleſia, ſed
debet



debet ſedere in alia ſede portatili, *ex Congregat. Rit.
in Nucerina*; & hoc dixerant Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 2.
qu. 25. num. 20.* & Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg. 54.
num. 167.* & quoad primam partem de Vicario Ca-
pitulari Canonico, idem aſſeruerat d. Barboſa *de
Canonic. & Dignitatib. cap. 36. n. 10.*

1579. die --- —— Parochis illiteratis, & imperitis, 32
ſi aliàs honeſtæ vitæ ſint, Vicarii, ſeu coadjuto-
res dantur, non tamen in hoc caſu ad electionem
ipſorum Parochorum, ſed quos Epiſcopus volue-
rit. *Congregat. Concil. in Portugallien. apud* Nicol.
*in Lucubrationib. tom. 2. tit. 28. num. 33.* ¶ Notandum
primò, quod cæteroquin Parochus ſibi eligit Vi-
carium ab Epiſcopo approbandum, & hoc jus eli-
gendi habet etiam Vicarius perpetuus. ¶ Notan-
dum ſecundò, quod Canonici numerarii non poſ-
ſunt eſſe neque Vicarii amovibiles Parochorum
Diœceſis extra ſuam reſidentiam, *Congregat. Con-
cil. in Tragurien. apud d.* Nicol. *d. tom. 2. lib. 3. tit. 4.
num. 7. & in Floſcul. verb.* Canonicus, *num. 1.* ¶ No-
tandum tertiò, quod neque Filius poteſt eſſe Vica-
rius in Eccleſia, in qua Pater ejus proximus fuit
Rector, *c. Michael 13. apud* d. Nicol. *d. tom. 2. lib. 1.
tit. 17. num. 13.* ¶ Notandum quartò, quod neque
deſcendentes ex Judęorum progenie admittuntur
ad munus Vicarii, & Curæ etiam amovibilis, ex
Paſcucc. *par. 1. tit.* de Judæis, *pag. mihi 578.*

1580. 16. Maii —— Pro Diſpenſationibus non licet 33
Ordinario, vel Vicario aliquid recipere, neque
ex taxa ab immemorabili obſervata, neque pro
mercede laboris, quem ea in re ſuſciperent. *Con-
gregat. Concil. in Burgen. apud* Nicol. *in Floſculis,
verb.* Gratis, *num. 1. ad XI.* ¶ Notandum primò,
quod facultas diſpenſandi ſuper interſtitiis compe-
tit etiam Vicario Epiſcopi, quia cum id à Triden-
tino remittatur arbitrio Epiſcopi, ſub nomine
Epiſcopi continetur Vicarius, niſi expreſsè exclu-
datur, ut ex Sbrozio, & Barboſa refert Antonell.
*de regim. Eccleſ. Epiſcop. lib. 2. cap. 3. §. 1. num. 2. ubi*
*etiam*

*etiam quod* eandem facultatem etiam ad Vicarium
Capituli Sede vacante extendit Bonacina *de Cenſur.*
*in partic. diſp. 3. qu. 1. punct. 4. §. 2. num. 4.* & Biſſus
*in Hierurg. tom. 1. litt. I. num. 199. §. V.* ex Capucin.
*in Sum. Baſſai*, *verb.* Abbas, *numer. 9.* & cenſuit
quoque Sacra Congregatio teſte Quaranta *in Sum.*
*Bullar. verb.* Capitulum Sede vacante, *pag. mihi*
*139. verſ. & refertur*, quando tamen poteſt conce-
dere licentiam ordinandi. ¶ Notandum ſecundò,
quod poteſtas diſpenſandi in Irregularitatibus ita
Epiſcopis eſt conceſſa ut poſſint illam delegare Vi-
cariis, & aliis, prout habet Paſcucc. *in Compend.*
*ad Conſult. Canonic. Iac. Pignatel. par. 1. tit.* de Diſ-
penſationibus, *pag. mihi 223.*

1580. 8. Jul. —— Familiares triennales Cardinalium 34
promoventur à Vicario Urbis de licentia ipſorum
Cardinalium. *Congregat. Concil. in Brugnaten. apud*
Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 1. tit. 11. numer. 7.*
*verſ.* Notandum quintò.

1580. 13. Sept. —— Si Præſentatio fieret ad Benefi- 35
cium Juriſpatronatus Curatum, Præſentatus ha-
bet jus ad Congruam alimentariam, in qua taxan-
da, arbitrium Ordinarii ſic erit interponendum,
nempe ſi fructus Parochiæ non excedant Summam
ſcutorum, ſeu ducatorum centum, Congrua erit
ſcutorum, ſeu ducatorum monetæ loci Beneficii
triginta: ſi verò excedant centum, tunc tertia
pars fructuum aſſignanda erit Vicario, ſive Cura-
to, prout cenſuit *Congregat. Concil. in Aquilana*
*Terræ Pagania*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pra-*
*ctic. par. 2. tit. 15. form. 1. num. 30.*

1580. 25. Nov. —— Vicarii, Capellanii, Mini- 36
ſtri, & inſervientes Eccleſiis Fratrum Militum
Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, juxta diſ-
poſitionem Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 1.* à Lo-
corum Ordinariis tanquam Sedis Apoſtolicæ dele-
gatis, de eorum exceſſibus, criminibus, & deli-
ctis, etiam extra Viſitationem, quando & quoties
opus fuerit, inquiri, viſitari, & corrigi poſſunt,
ipſo-



ipſorumque Ordinariorum juriſdictioni plenè in
prædictis ſubjecti exiſtunt; exceptis iis, qui Ec-
cleſiis, aliiſque locis dictorum Militum actu ſer-
viunt, & intra eorum ſepta, & Domos reſident,
ac ſub eorum obedientia vivunt, quæ omnia de-
bere ſimul concurrere intelligantur; ſive iis, qui
legitimè, & ſecundum Regulam prædictæ Reli-
gionis profeſſionem fecerint, de qua loci Ordina-
rio conſtare debeat. *Gregorius XIII. apud* Cheru-
bin. *in Bullar. tom. 2. Conſtitut. 67. quæ incipit* Cir-
cumſpecta, §. 2.

1581. 7. Mar. —— Qui habet Parochialem ſuæ Di- 37
gnitati, ſeu Canonicatui perpetuò unitam, non
tenetur reſidere, ſed tantùm deputare Vicarium,
ſeu Subſtitutum perpetuum, vel temporalem.
*Congregat. Concil. in Rhegien. & antea in Piſcien. 1577.*
*12. Iul.* juxta Concil. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 3.* &
juxta *cap. Extirpandæ 30. §. qui verò, de Præben.*
*apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 3. tit. 4.*
*num. 10.*

1581. 16. Maii —— Epiſcopus Feudum, ſeu Juriſ- 38
dictionem Laicam habens, poteſt deputare Offi-
cialem Laicum pro expediendis cauſis prophanis
inter Laicos ſibi ſubjectos, quem tamen non expe-
dit deputare perpetuum: imo quandoque per ſe-
ipſum, vel ſuum Vicarium, aut alios Clericos à
ſe delegatos debet cauſas terminare. *Congregat. Epi-*
*ſcopor. in Mantuana*, *apud* Petram *in Commentar. ad*
*Conſtitut. Apoſtolic. tom. 1. Conſtitut. unic. Calliſti II.*
*ſect. 5. n. 13. & 14. pag. mihi 457.*

1581. 26. Jun. —— Vicarii habentes ex eorum red- 39
ditibus minus *ſexaginta* ducatis monetæ uſualis Re-
gni, liberi eſſe debent à contributione pro Do-
mibus ædificandis: habentes verò *plus ſexaginta*,
ſed non ultra *centum* ducatos annuos ejuſdem mo-
netæ, contribuere debent partem ſuam cum illis,
qui fructus Eccleſiæ percipiunt: habentes demùm
annuam ſummam *ultra centum* ducatos, tenentur
totaliter ad expenſas pro ædificatione Domorum.
*Con-*

*Congregat. Concil. apud* Piton. *diſceptat. Eccleſiaſti-*
*car. par. 2. diſceptat. 50. num. 43. ubi num. 42. ait*, cir-
ca reſtaurationem Domus Vicarii notandum, quod
ſi ipſe fuiſſet in culpa deteriorationis, ad eum per-
tineret refectio, & non ad Capitulum Rectorem,
*l. cum fructuarius, ff. de uſufr.*

1582. 27. Oct. —— Nec Prælati exempti Epiſcopis 40
inferiores, nec nullius Diœceſis, licèt habeant
proprium, & ſeparatum Territorium: multò mi-
nus eorum Vicarii poſſunt Monitoria concedere,
de quibus Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de reform.*
*cap. 3.* quia dictum Concilium non dat hanc facul-
tatem, niſi ſolis Epiſcopis, ut declaravit *Congre-*
*gat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 5.*
*tit. 39. num. 21. ubi tamen quod* non ſolùm Vicarius
Generalis cum ſpeciali mandato, ſed & Capitula-
ris talia Monitoria concedere poteſt, *ex d. Congre-*
*gat. in Avenionen.* non licet tamen Epiſcopis hanc
facultatem alteri, quàm Vicario Generali delega-
re, neque ſpecialiter, *ex ead. Congregat.* 1590. 8.
*Febr. apud* Fagnan. *in cap. Quoniam, de offic. deleg.*
*num.* 43. quod autem talis delegatio ſpecificè, &
expreſsè fieri poſſit etiam Vicario Foraneo, patet
ex Decreto ejuſd. *Congregat. Concil.* 1630. 7. *Sept.*
quod ex Barboſa refert Nicolius *loco citato*, conci-
lians utrumque Auctorem, quod nempe opinio *Fa-*
*gnani* procedat de rigore Juris, ita ut Epiſcopus
non exiſtente rationabili cauſa non poſſit hanc fa-
cultatem alteri, quàm Vicario Generali licitè de-
legare: opinio verò *Barboſæ* procedat de conſuetu-
dine, & exiſtente rationabili cauſa.

1582. 30. Dec. —— Extra caſus neceſſarios neque 41
Epiſcopi, neque quorumvis Ordinum Abbates,
& Superiores Regulares poſſunt ingredi Monaſte-
ria Monialium ſibi ſubjectarum, alioquin pœnas
incurrunt inflictas à *Gregor. XIII. in Conſtit. quæ inci-*
*pit* Dubiis, *relata à* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.*
Monaſteria Monialium, *pag. mihi* 345. ¶ Notan-
dum, quod Vicarii Epiſcoporum, Abbates &





Prælati Sæculares habentes juriſdictionem quaſi
Epiſcopalem, ingredientes Monaſteria Monialium
ſibi ſubjecta præter caſus neceſſitatis, ſupradictis
pœnis minimè ſubduntur, quia in dicta Conſtitu-
tione ſermo tantùm eſt de Prælatis Sæcularibus
Pontificali Dignitate præditis, & de Prælatis Re-
gularibus, ut ex Sanch. *oper. moral. lib. 6. cap. 16.*
*num. 99.* Bonac. *de clauſur. quæſt. 4. punct. 5. num. 11.*
*verſ. ex dictis patet*, refert Antonell. *de regim. Eccleſ.*
*Epiſc. lib. 7. cap. 6. num. 7.*

1583. 2. Apr. —— Oblationes ſunt computandæ in 42
portione aſſignanda Vicariis tum ex Tridentino
hoc loco, tum etiam ex Bulla Piana, & talis aſ-
ſignatio partibus citatis eſt facienda. *Deciſum in*
*Turolen.* *refert* Aldan. *in Compend. ad Canonic. reſo-*
*lut. lib. 3. tit. 2. num. 18. relatus à* Barboſa *in Collectan.*
*ad Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 7. num. 33.*

1583. 26. Apr. —— Quando pro Parochiis vacanti- 43
bus non inveniuntur Presbyteri ſeculares idonei,
poſſunt ibi poni Regulares, non in titulum, ſive
Vicariam, ſed ad nutum amovibiles. *Congregat.*
*Epiſcopor. in Tortonen. & antea in Ferentina* 1581. 8.
*Aug. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Cura Animarum,
*numer.* 13.

1583. 20. Dec. —— In Locis Diœceſis diſtantibus, 44
& difficilis itineris debet Epiſcopus aliquem depu-
tare, qui det approbationem, & Benedictionem
Concionatoribus. *Congregat. Epiſcopor.* & poſtea
*Congregat. Concil.* 1635. 10. *Maii*, *apud* Paſcucc. *in*
*Compend. ad Conſultat. Canonic. Iac. Pignatel. par. 1.*
*tit.* de Concionatoribus, *pag. mihi* 180. ¶ Quoad
hanc deputationem, hoc videtur magis convenire
Vicariis Foraneis.

1584. 17. Jan. —— Si Vicarius ſit de Capitulo, debet 45
inde exire, ubi tractandum ſit de rebus ad ſuum,
vel Epiſcopi commodum pertinentibus. *Congregat.*
*Epiſcopor. apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. c. 35.*
*num.* 12. aliter neque poteſt intervenire, etiam ab-
ſente Epiſcopo, ut expreſsè ſtatuit Concilium Tri-

dentinum *ſeſſ. 25. de reform. cap. 6.* verb. *abſente*, ubi dicitur, *nec ad id Vicarius Epiſcopi admittatur*: Si autem ſit, ut ſupra, de Capitulo, debet ibi tanquam Canonicus in proprio loco ſedere, Abb. *conſil. 21. vol. 1.*

1584. 21. Aug. —— Neque Epiſcopus, neque ejus 46
Vicarius prohibere poteſt, ne Societas Ss. Sacramenti ſe congreget, neque ullam reſolutionem capiat abſque ſua licentia. *Congregat. Epiſcopor. in una Nullius Putiniani, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 11. num. 18.*

1585. 17. Jan. —— Epiſcopus legitimè impeditus po- 47
teſt ex facultate ſibi tradita à Tridentino, Eccleſias, quæ nullius ſunt Diœceſis, per ſuum Vicarium Generalem viſitare. *Deciſum refert* Barboſa *in Collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 9. num. 6. ubi num. ſeq. ait, quod* hujuſmodi facultas non tranſit in Vicarium à Capitulo Sede vacante conſtitutum, per tradita à pluribus hoc loco citatis.

1585. 7. Mar. —— Quamquàm ſpectet ad Examina- 48
torum conſcientiam juſtitia Examinis, eſt nihilominus officium Vicarii videre benè, quod nulla fiat injuria Regularibus examinatis quoad Confeſſiones, & quod non approbentur ignorantes, quia ſicut ex primo capite patiuntur damnum, & dedecus Religiones, ſic ex ſecundo cauſatur detrimentum Animabus. *Congregat. Concil. in Camerinen. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 304.

1585. 5. Aug. —— Novitio Canonico, vel Benefi- 49
ciato debentur fructus pro tempore Novitiatus. *Congregat. Epiſcopor. in Panormitana, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Novitius, *num. 16. ubi tamen declarat, quod* fructus Novitii dividendi ſunt, ita ut pars illorum aſſignetur Vicario miniſtraturo in Beneficio, pars autem alia cedat ipſi Novitio.

1585.



1585. 12. Sept. —— Cùm Capitula Collegiatarum, 50
quæ nullius ſunt Diœceſis, vacante Sede ſuorum Prælatorum ordinariam & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentium, debeant eligere Vicarium Capitularem eodem modo, & eiſdem legibus Capitulis Cathedralium præſcriptis à Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de reform. cap. 16.* hujuſmodi Vicarius non debet neceſſariò eſſe Doctor, aut licentiatus in Jure Canonico, nec de eo loquitur dictum Concilium loco citato. *Congregat. Concil. apud* Pellegrin. *in Praxi Vicar. par. 1. ſect. 5. numer. 5.*

1586. 22. Apr. —— A' ſententiis Vicarii Apoſtoli- 51
ci appellatur ad Metropolitanum, non ad Papam, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. facto verbo cum Gregorio XII. in Caputaquen. & antea in Salernitana 1580. 7. Jun. apud* eund. *ibid. ſect. 6. num. 4. & refert etiam* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 1. tit. 28.* ¶ Notandum primò, quod à Vicario Epiſcopi non ad Epiſcopum, ſed ad Archiepiſcopum, ſeu Superiorem appellatur, *cap. 2. de Conſuet. in 6. cap. Romana, de appellat. eod. lib.* Laym. *in c. ut Archidiaconus, de offic. Archid.* quia Vicarius uti Judex ordinarius procedit, & ideò facit unum tribunal, & conſiſtorium cum Epiſcopo, Garc. *de Benefic. par. 5. cap. 8. num. 28.* ¶ Notandum ſecundò, quod in iis, quæ in generali conceſſione non veniunt, putà Beneficia conferre, & ſimilia, ſi ſpecialiter per Epiſcopum Vicario concedantur, Vicarius non ordinarius, ſed delegatus cenſetur, Marant. *par. 4. diſt. 5. num. 16.* Sbroz. *lib. 3. quæſt. 2. num. 20. & ſeq.* unde in tali caſu à Vicario ad Epiſcopum appellatur: regula enim eſt, quod à delegato ſive ad unam cauſam tantùm, ſive ad univerſitatem cauſarum appellatur ad delegantem, *cap. dilecti filii* 3. ubi Gloſſ. *in verb. poſt hujuſmodi appellationem, ex. de appell.* Bart. *in l. 1. §. ab eo, in fin. ff. quis, & à quo appel.*

1586. 8. Jun. —— Quando capiunt informationes 52

 con-

contra Epiſcopum, Vicarius reſidere non debet in iis locis, ubi manet Commiſſarius. *Congregat. Epiſcopor. in Sorana*, *apud* Nicol. *in Floſcul. verb. Informatio*, *numer*. 1. ¶ Notandum, quod recuſato Epiſcopo uti ſuſpecto, ex eadem cauſa Vicarius ipſius recuſari poteſt, quia ubi Superior eſt ſuſpectus, ſunt quoque ſuſpecti ejus Officiales, *cap. inſinuante*, *de offic. deleg.* quod procedit, etiamſi Vicarius ſeorſim ab Epiſcopo habitet, vel cauſam cognoſcat uti delegatus ab Epiſcopo, vel à Papa, quia ſemper poterit ab Epiſcopo revocari, ſeu ab officio removeri, & ideo eſt veriſimile, quod Vicarius trahatur in ſententiam Epiſcopi, Rip. *in cap. 1. num. 44. de judic.* niſi Vicarius Epiſcopi ſit confirmatus à Papa, ſive ab alio Superiore, tunc enim non poterit recuſari ex eo, quod Epiſcopus ſit ſuſpectus, quia tunc non poteſt per Epiſcopum removeri, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 54. num. 50.*

1586. 3. Oct. —— Poteſt Vicarius Epiſcopi cognoſce- 53
re de cauſis Menſæ Epiſcopalis, & judicare, prout juſtum fuerit. *Congregat. Epiſcopor. in Leſinen. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 2. ſubſect. 1. num. 12.* ¶ Notandum primò, quod ſub nomine Ordinariorum, à quibus Cauſæ Eccleſiaſticæ juxta Tridentinum cognoſcuntur in prima inſtantia, comprehenditur etiam Vicarius Epiſcopi, Barboſa *in Collect. ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 20. num. 6. ex* Narbona *l. 59. gloſſ. 1. num. 51. cum ſeqq. tit. 4. lib. 2. rec.* ¶ Notandum ſecundò, quod poteſt Vicarius Epiſcopi procedere contra Capitulares, adhibitis duobus de Capitulo, ut reſolvunt plures citati à Barboſa *ibid. ſeſſ. 25. cap. 6. num. 13. ubi num. ſeq. ait*, *quod* poteſt etiam Vicarius ſede vacante, ſed abſque Adjunctis procedere non valet, ſi Epiſcopus illis utebatur, ut deciſum referunt Sbroz. & Ludovic. à Saravia *ibid.* citati. ¶ Notandum tertiò, quod Vicarius Epiſcopi cauſam Epiſcopo delegatam non poteſt co-





gnoſcere; niſi additum fuerit, *ſive ejus Vicario Generali*, ut refert Paſcucc. *par. 2. tit.* de legatis piis, *pag. mihi 6.* ¶ Notandum quartò, quod Auditor Nuncii non poteſt cognoſcere cauſas appellationum in cauſis criminalibus interpoſitarum à ſententia Epiſcopi, vel ejus Vicarii Generalis, nec hujuſmodi Auditoris ſententiæ de ſimilibus cauſis ſuſtineri poſſunt ex communi errore, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor.* obſtante *cap. 2. ſeſſ. 13. apud* Fagnan. *in cap. cùm cauſam*, *de appellat. num. 8.* ¶ Notandum quintò, quod neque Concilium Provinciale cognoſcit de cauſis civilibus Archiepiſcopi, vel ejus Vicarii Generalis, ſed debet ſumere tantùm informationem extrajudicialem, *Congregat. Concil. ex cap. Grave nimis 25. de Præben. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 6. num. 4.* ¶ Notandum ſextò, quod Vicarius Generalis ſola ſua poteſtate ordinaria non poteſt Reos ad compoſitionem admittere, quia hoc eſt unum de reſervatis Epiſcopo, ut probat Sperell. *deciſ. 116. n. 84. & ſeqq.* ſed exigitur ſpecialis delegatio. ¶ Notandum denique ſeptimò, quod ideo Vicarius Epiſcopi debet eſſe ſcientia, & experientia idoneus, quia imperitus non poteſt eſſe Judex Eccleſiaſticus, ut dicit Gloſſ. *in præfat. diſt. 20. verb. imperitis*; & licèt in eo requiratur ætas vigintiquinque annorum inchoatorum, Azor. *par. 2. lib. 3. cap. 43. n. 10.* Pirrh. *ad tit. de offic. Vicar. num.* 31. Pax Jord. *lib. 12. tit. 1. num. 95.* Sbroz. *lib. 1. quæſt. 35. num. 2.* tamen difficile eſt, quod in iſta ætate quis ſit aptus, nam Divina eloquia nos docent, quod Prudentia, & Sapientia reperitur in Senibus, juxta illud Job, 12. *In antiquis eſt Sapientia, & in multo tempore Prudentia.*

1586. 28. Nov. —— Vicarius Capituli Sede vacan- 54
te concedens Dimiſſoriam intra annum, non incurrit pœnam ſuſpenſionis per annum juxta *cap. 10. ſeſſ. 23.* ſed tantùm pœnam interdicti juxta Decretum hoc loco, Franc. Leo *in Theſaur. For.*

*Eccleſ. par.* 3. *cap.* 8. *num.* 48. Molin. *de Juſtit. tract.* 5. *diſput.* 11. *num.* 4. ita quod non prohibeatur concedere alias Dimiſſorias. *Rota in Burgen. Canonicatus coram* Gyptio, *ubi etiam fuit dictum, quod* caſu, quo hoc Decretum imponeret pœnam ſuſpenſionis, aliæ tamen Dimiſſoriæ datæ poſt annum valent, ſi non ſit declaratus ſuſpenſus, ſed ſit occultus, & toleratus, ut refert Barboſa *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 7. *cap.* 10. *num.* 18. *ubi num. ſeq. ait, quod* hujuſmodi Vicarius concedens intra annum Dimiſſorias, incidit in pœnam hujus Decreti, quamvis is, cui conceſſit, uſus non fuerit, nam actus fuit perfectus quoad concedentem, per quem non ſtetit, ut deciſum refert Garz. *in addit. ad cap.* 7. *num.* 92. & Marchin. *par.* 6. *cap.* 3. *num.* 15. ¶ Notandum, quod Concilium loco citato non loquitur de Vicario Papæ, qui poteſt Sede Apoſtolica vacante Dimiſſorias concedere, ut habet Antonell. *de regim. Eccleſ. Epiſc. lib.* 4. *cap. ult. num.* 32. *pluribus citatis, inter quos* ſic tenet Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 7. *num.* 13. ubi idem dicit de Vicariis Epiſcoporum deputatis per Papam, ideoque Apoſtolicis vocatis.

1587. 12. Ian. — Eccleſiis Parochialibus, aut Curatis vacantibus, quovis modo ſubjectis Militibus S. Joannis Hieroſolymitani, tenentur ipſi præſentare ad unamquamq; earum Sacerdotem idoneum loci Ordinario, ut ab eo inſtituatur: Et quouſque non præſentaverint, conſtituat Ordinarius unum Vicarium, qui interea Animarum Curam agat, præfiniatque idem Ordinarius dictis Militibus aliquem brevem terminum ad præſentandum dictum Sacerdotem, alioquin eo elapſo Ordinarius conferat Eccleſias hujuſmodi Perſonis ſibi benè viſis ſecundùm earum naturam, vel in titulum perpetuum, vel amovibilem. *Congregat. Epiſcopor. in Peruſina, apud* Barboſ. *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 7. *cap.* 13. *n.* 17. 55





1587. 5. Sept. — Ad Beneficia Regni Valentiæ, quovis modo vacatura, ſive ſint Canonicatus, & Præbendæ, ac Dignitates etiam majores poſt Pontificales, ſive Parochiales Eccleſiæ, ſeu earum perpetuæ Vicariæ, Indigenæ ejuſdem Regni, in eo verè nati, & non Alienigenæ aliorum Regnorum Hiſpaniæ admittantur: quod ſi in Fundationibus Beneficiorum de Jurepatronatus Laicorum, ſeu illorum & Clericorum mixtim exiſtentium, caveatur expreſsè, quod ſoli Clerici, ſeu Presbyteri de Fundatorum genere, & Familia oriundi obtinere poſſint, eo caſu etiam Alienigenæ de genere, ſeu Familia Fundatorum hujuſmodi poſſint in Beneficiis inſtitui: Similiter & Alienigenæ alicujus Regni Hiſpaniæ, in quo Indigenę Regni Valentię abſque aliquo obſtaculo ad Beneficia admittentur. *Sixtus V. apud* Cherubin. *iu Bullar. tom.* 2. *Conſtitut.* 64. *quæ incipit* In Sacroſancto, §. 2. 5. & 6. 56

1587. 22. Sept. — Non poteſt Epiſcopus exequi Bullam ejus Vicario à Cancellaria commiſſam, cùm videatur electa induſtria Perſonæ. *Congregat. Epiſcopor. in Marſicana, apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concurſu Paroch. *pag. mihi* 194. 57

1587. 20 Oct. — Capitulum Sede vacante in electione Vicarii Capitularis debet ſervare formam Decreti Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de reform.* ſimpliciter, abſque ulla adjunctione, aut reſtrictione, vel cum aliqua clauſula mutationis, vel revocationis, ad beneplacitum, ſed ut liberè tanquam Ordinarius poſſit juſtitiam adminiſtrare, aliàs eſſet nulla electio. *Congregat. Epiſcopor. in Cajetana*: quapropter non poteſt deputare Aſſeſſorem Vicario Capitulari, niſi ipſe ex ſe in aliquibus caſibus vellet uti Aſſeſſore ſibi benè viſo, aliàs deputatio Aſſeſſoris facta à Capitulo eſſet nulla, & invalida, ut *ex eàd. Congregat. in una Aſcerrarum* tenet Pellegrin. *in Prax.* 58

*Vicarior. par.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 1. *num.* 24. & refert
etiam Nicol. *in Lucrubationib. tom.* 2. *lib.* 1 *tit.* 28. de
Vicar. Capit. *num.* 18.

1587. 5. Nov.—— Non poteſt Vicarius Generalis Pa- 59
rochiales, vel alias Eccleſias collapſas transferre,
*Congregat. Concil. apud* d. Nicol. *ibid. num.* 10. *ubi*
*quod* nec alteri Epiſcopo poteſtatem exercendi
ea, quæ ſunt Ordinis, concedere, *ex eàd. Con-*
*gregat.* 1608. 25. *Jun.* nec poteſt ſine ſpeciali man-
dato Diœceſim viſitare, & multò minus loca
exempta, *ex eàd. Congregat. in Lucana* 1631. 1.
*Febr.* nec Diſpenſationes Epiſcopo commiſſas exe-
qui ſine ſpeciali mandato, *ex eàd. Congregat.* 1622.
12. *Febr.* nec concedere licentiam erigendi nova
Monaſteria, *ex eàd. Congregat.* 1620. 11. *Jul.* nec
licentiam dare, ut quis abeſſe poſſit cauſa ſtudii,
*ex eàd. Congregat. in una Civitatis Plebis* 1604. 12.
*Jun.* nec Prædicatores deputare, præſente Ordi-
nario, *ex Congregat. Epiſcopor. in Beneventana* 1647.
11. *Oct.* nec Capitulum convocare, vel in eo in-
tervenire, non obſtante conſtitutione jurata, *ex*
*eàd. Congregat.* 1603. 27. *Oct.* licèt ex cauſa poſſit
Capituli convocationem prohibere, *ex eàd. Con-*
*gregat. in Rhegien.* 1602. 4. *Jun.* ¶ Notandum, quod
Vicarius Epiſcopi neque poteſt ſine ſpeciali man-
dato deſtituere aliquem, ſeu privare Beneficio,
ut DD. apud Leuren. *de Vicar. tract.* 1. *cap.* 4. §. 1.
*quæſt.* 224. *num.* 1. neque ſine dicto ſpeciali man-
dato poteſt præſentare loco Epiſcopi hujuſmodi
præſentationem habentis, *apud* eund. *ibid. quæſt.*
231. *num.* 1. Procurator enim ſine ſpeciali man-
dato Domini non poteſt donare, *l. Procurator*,
*l. mandato*, *ff. de procur.* & *l. procuratorum*, *Cod.*
*eod.* dato, quod habeat mandatum, non poteſt
præſentare ſeipſum, ut DD. *apud* eund. *ibid. qu.*
232. juxta *cap. per noſtrum*, *de Jurepatr.* imò ſi E-
piſcopus velſit Parochialem Vicario ſuo confer-
re, tenetur facere Concurſum, *Congreg. Concil.*
*apud* Corrad. *in Prax. benefic. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 1. &

Anto-



Antonel. *de regim. Eccleſ. Epiſc. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 7.
neque dictus Vicarius ſine ſpeciali mandato con-
fert Beneficia ad Epiſcopi collationem ſpectantia,
Laym. *in cap. cùm in generali*, *de offic. Vicar. in* 6.
*num.* 2. & ex eo Leuren. *de Vicar. tract.* 1. *cap.* 4. §. 3.
*quæſt.* 240. *num.* 1. *ubi qu. ſeq. ait*, *quod* ſine dicto
ſpeciali mandato non poteſt conſenſum præſtare
collationi faciendæ per alterum, quia qui donare
non poteſt, nec donanti valet conſentire, *l. cre-*
*ditor*, *c. de donat. inter Vir.* & *Uxor. L. cùm quis*,
*ff. de reg. jur.* & qui conſentit donanti, rem ipſam
donare videtur, *l. quæ dotis*, *ff. ſolut. matrim.* con-
ceſſa Vicario poteſtate deſtituendi, non arguitur
poteſtas conferendi, Laym. *loc. cit. num.* 7. Pirrh.
*de offic. Vicar, num.* 53. *apud* d. Leuren. *ibid. q.* 253.
*ubi quæſt.* 250. *dixerat*, *quod* non poteſt Epiſco-
pus committere Vicario Generali poteſtatem con-
ferendi Beneficium certum vacaturum, ex Abb.
*in cap. conſtitutus*, *de conceſſ. Præben. num.* 5. & ex
Laym. *loc. cit. num.* 5. citante Gloſſ. communiter
recept. *in c. deliberatione*, §. *prohibemus*, *verb. cu-*
*juſcumque*, *de offic. Leg. in* 6.

1587. 8. Nov. —— Vicarius perpetuus tenetur ad
omnia Eccleſiæ onera: ad alia verò pro portione 60
fructuum ſibi aſſignata. *Congregat. Concil. in Cau-*
*rien. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.*
23. *num.* 7.

1587. 26. Nov. —— Præcipitur univerſis, & ſin-
gulis Locorum Ordinariis, eorumque Vicariis in 91
ſpiritualibus generalibus, ut per ſuos Officiales,
Miniſtros, vel Executores curent ab omnibus
Perſonis Regulari Habitu indutis, quas per ſuas
Civitates, vel Diœceſes iter facere, vel tranſi-
re, & ad quæcunque hoſpitia, vel diverſoria
ſe recipere contigerit, diligenter perquiri, num
litteras commendatitias, ſeu obedientias ſecum
deferant: Quod ſi eos dictas litteras non habere,
vel ignotas eſſe deprehenderint, poſſint contra
ipſos etiam tanquam criminum ſuſpectos procede-

re,

re, & tandiu illos ſub cuſtodia detinere, donec certa notitia de eiſdem habeatur, *Sixtus V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Conſtitut.* 71. *quæ incipit* Cùm de omnibus, §. 7. *& refert etiam* Peyrin. *circa Conſtitut.* 13. *Leonis X. num.* 3. *pag. mihi* 127.

1588. 31. Mar. —— Si Vicarius Capitularis allegetur ſuſpectus, non poteſt de cauſa cognoſcere, ſed tunc recurrendum erit ad Capitulum tanquam Superiorem pro electione Arbitrorum ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionis, eo modo, quo Epiſcopus potuiſſet, ut reſpondit *Congregat. Concil. ad cap.* 16. *ſeſſ.* 24. *de reform.* ad hoc, ut illi detur Adjunctus, Theſaur. For. Eccleſ. *par.* 2. *cap.* 1. *num.* 68. præſertim in cauſa, in qua Capitulum haberet intereſſe, Fagnan. *in cap. noſti, num.* 21. *de elect. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 1. *form.* 2. *num.* 17. hoc antea dixerat Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Capitulum Sede vacante, *num.* 5. *pag. mihi* 146.

62 1588. 21. Jun. —— Non poteſt Vicarius Apoſtolicus informationes ſumere contra Vicarium ſuum anteceſſorem, neque ſequeſtrare Bona, vel Jura ipſius ad inſtantiam alicujus Perſonæ quantumvis privilegiatæ, ſine ſpeciali licentia, & conceſſione Sacræ *Congregat. Epiſcopor. in Aſſiſien. & antea in Larinen.* 1587. 15. *Dec. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 6. *num.* 8. & refert etiam Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 28. juxta rationem communem, quia par in parem non habet imperium, *c. innotuit*, §. *quamvis*, *verb. in parem*, *de elect. l. nam & magiſtratus*, *ff. de recept. arbitr. & l. ille à quo*, §. *tempeſtivum*, *ff. de Trebel.*

63 1589. 26. Jul. —— Poteſt Capitulum, Sede vacante, plures Vicarios conſtituere æquè principales, vel unum Generalem, & alterum Foraneum, maximè ſi eſt ampla Diœceſis, & ſtante immemorabili conſuetudine. *Congregat. Concil. in Salernitana*, *apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap.*



*cap. ult. num.* 33. *ubi num. ſeq. ait*, Capitulum, Sede vacante, duos Vicarios ſubſtituere poſſe, ut alternis menſibus Vicariatus munere fungantur, ſi legitima probetur immemorialis conſuetudo, & illis qualitatibus ſint præditi, quas requirit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de ref. m.* prout dixit, & cenſuit *ead. Congregat. in Panormitana* 1592. 31. *Maii*. ¶ Notandum, quod quando duo Epiſcopatus ſunt uniti, & Capitula Cathedralium ſeparata, per obitum Epiſcopi conſtitui poſſunt duo Vicarii, unuſquiſque in ſua Diœceſi, ut ex Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Capitulum Sede vacante, *numer.* 9. tenet Antonel. *de regim. Eccleſ. Epiſc. lib.* 4. *cap. ult. numer.* 74.

64 1589. 28. Aug. —— Vicarius, etiam Apoſtolicus, non debet occupare Sedem Epiſcopalem in Choro, nec thurificandus eſt, niſi bis ad ſummum, nec debet oſculari Evangelium, nec eſt aſſociandus ex Palatio ad Eccleſiam, nec ab Eccleſia ad Palatium. *Congregat. Epiſcopor. in Melphitana, & antea in Tropien.* 1581. *menſe Julio*, *apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Præcedentia, *pag. mihi* 241. *& refert etiam* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 6. *num.* 17.

65 1590. 9. Jan. —— Vicarius in illis Functionibus, in quibus intervenit uti Canonicus, ſedere, & ſtare debet in habitu Canonicali, & loco ſuo, niſi conſuetudo eſſet in contrarium. *Congregat. Epiſcopor. in Anagnina apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Præcedentia, *num.* 2. *ubi etiam* multò minus poteſt hanc præcedentiam prætendere Canonicus ſubſtitutus à Vicario, *ex eàd. Congregat. in Lancianen.* 1612. 13. *Nov.* ¶ Notandum, quod hæc ſecunda Deciſio loquitur de ſubſtitutione Canonici à Vicario Canonico, nam cæteroquin Vicarius Vicarium ſibi ſubſtituere non dicitur, juxta *c. Clericos*, *de offic. Vicar.* ac Barboſ. *de Jur. Eccleſ.*

*cleſ. lib. 3. cap. 6. num. 4. & 5. apud* Leuren. *de Vicar. tract. 1. cap. 1. §. 1. quæſt. 3. num. 1.*

1590. 27. Mar. —— Juriſdictio Vicarii Foranei eſt 66
omnino limitata, nam ſemper concedi ſolet, vel
incerto loco, vel parte Diœceſis, vel ut poſſit co-
gnoſcere cauſas civiles ibidem occurrentes uſque
ad certam ſummam, putà ſex ducatorum; plus,
minuſve, prout libuerit, ne partes pro qualibet
re levi cogantur ſemper adire Civitatem, & com-
parere coram Vicario Generali. *Congregat. E-
piſcopor. in Trojana, apud* d. Pellegrin. *d. par. 1.
ſect. 7. ſub ſect. unic. num. 4. & refert etiam* Mo-
nacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 1. form. 4.
num. 1.* ¶ Notandum primò, quod Vicarius Fo-
raneus (quem etiam Pedaneum vocat Gonzal. *ad
reg. 8. Cancellar. gloſſ. 5. §. 3. num. 9.* vel etiam Ru-
ralem vocant alii apud Sborz. *lib. 1. quæſt. 20.
num. 2.*) eſt qui ab Epiſcopo in certa Diœceſis
parte, vel ad certos actus deputatur: & ideo di-
citur Foraneus, quia extra fores, ſeu Civitatem,
in qua Epiſcopus reſidet, conſtituitur: vel po-
tius, quia Forum, & Judicium non generale, ſed
ſpeciale habet, v.g. conſtitutus pro Oppido, vel
Oppidis aliquot, Caſtropal. *tract. 13. d. 2. p. 30.
num. 1.* ¶ Notandum ſecundò, quod Vicarius
Foraneus poteſt in cauſa Canonizationis Sancto-
rum deputari ab Ordinario in Judicem pro con-
ſtructione Proceſſus ſuper non cultu juxta Decre-
ta Urbani Octavi, nam litteræ circulares non
modò loquuntur de Vicario Generali, ſed etiam
de quolibet alio in Dignitate Eccleſiaſtica conſti-
tuto; præterquam quod uterque dicitur Ordina-
rius, & idem ambo faciunt conſiſtorium cum
Epiſcopo, ut ex Card. *in Clem. 2. de reſcript.* Sbroz.
*quæſt. 29. num. 6. lib. 1.* habet Paſcucc. *par. 1. tit.* de
Canonizatione Sanctorum, *pag. mihi* 41. ¶ No-
tandum tertiò; quod Vicarius Foraneus non po-
teſt eſſe delegatus Papæ, niſi illi fieret delegatio
ex certa ſcientia Summi Pontificis, ut ex Flor. de
Mena,



Mena, Sbroz. & Maſſobr. *refert* Barboſa *in Col-
lect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 10. n. 6.*

1590. 18. Apr. —— Non eſt neceſſarium, ut pro-
feſſio Fidei prius coram Epiſcopo, vel ejus Vica-
rio, poſtmodum coram Capitulo ſeparatim fiat,
ſed ſi Epiſcopus adſit in Capitulo, ſatis eſt, ut
Epiſcopo præſente ſemel fiat in Capitulo. *Con-
gregat. Concil. in Seguntina, apud* Barboſ. *de Ca-
nonic. & Dignitatib. cap. 17. num. 4.* ex Garz. *de
Benefic. par. 3. cap. 3. num. 51.* & refert etiam Reiſ-
fenſtuel *tom. 1. Jur. Canon. lib. 1. tit. 1. §. 8. n. 167.*
¶ Notandum, quod Sede Epiſcopali vacante,
non ſufficit dictam profeſſionem emittere in Capi-
tulo, ſi ibi non adſit Vicarius Capitularis, quia
cùm Iuriſdictio Epiſcopalis tunc adminiſtretur per
Vicarium, magis per eum repreſentatur Epiſco-
pus, quàm per Capitulum: & ſic coram ipſo Vi-
cario erit facienda, prout tenet Corrad. *in Prax.
benefic. lib. 2. cap. 16. n. 17.*

1590 4. Maii —— In Beneficiis Monaſterio unitis 68
non poteſt Epiſcopus deputare Vicarios perpe-
tuos, ſed debet permittere, quod deputentur
Vicarii Presbyteri ſæculares ad nutum Superio-
rum Regularium amovibiles, approbati tamen
ab Ordinario. *Congregat. Concil. in Aſſiſien. &
antea in Aurien. 1576. 24. Jul. ac in Peruſina 1578.
18. Jan. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult.
Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Parocho, *pag.
mihi* 218. ¶ Notandum, quod Synodo Diœce-
ſanæ intereſſe non tenetur Abbas Monachus, cu-
jus Eccleſiæ, vel Monaſterio imminet Cura A-
nimarum, ſi illi deſervire faciat per Vicarium
ſæcularem ab Epiſcopo approbatum, quia ſuffi-
cit mittere dictum Vicarium, cùm per ipſum
Curam exerceat, ut ex Sel. *refert* Barboſa *in Col-
lect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 2. n. 27.*

1590. 26. Iun. —— Revocandum eſt præceptum E- 69
piſcopi, vel Vicarii mandantis per totam Diœce-
ſim Parochis, ne ſolemnizet Matrimonia ſine
ejus

ejus licentia in ſcriptis, & reſtringendum ad caſum, quando detegitur impedimentum. *Congregat. Concil. in Hydruntina*, *apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Matrimonio, *pag. mihi* 42. *& refert etiam* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *num.* 60. *verſ.* neque prohibere. ¶ Notandum, quod cœteroquin quæcumque ab Epiſcopo, vel ejus Vicario Generali circa Matrimonium contrahendum fuerunt conceſſa, & ſcripto ordinata, & diſpenſata, Parochus diligenter cuſtodiat, & ſervet, ex Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 10. *form.* 8. *n.* 8.

70 1590. 14. Aug. —— Vicarius Epiſcopi non Canonicus debet habere digniorem locum in Choro, & ſi dignior Sedes eſſet occupata, Dignitates, & Canonici deſcendere debent inferius uno gradu. *Congreg. Epiſcopor. in Lycien. & antea* 1589. 28. *Aug. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Præcedentia, *pag. mihi* 241.

71 1591. 22. Jan. —— Epiſcopus, vel ejus Vicarius poteſt aliquid recipere juxta antiquiſſimam conſuetudinem ab Abbatiſſis in ingreſſu officii, & etiam nomine totius Monaſterii in aliquibus ſolemnitatibus. *Congregat. Epiſcopor. in Antuerpien. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 13. *verſ.* notandum ſecundò, *ubi etiam quod* hoc hodie quoque habet locum propter moderationem Pauli II. factam ab Urbano VIII.

72 1591. 5. Febr. —— Debent Vicarii Foranei habere pro ſuis emolumentis tertiam partem pœnarum, quæ à Violatoribus Feſtorum exiguntur, quia ubique ſervatur, quod pœnæ prædictæ applicentur Vicariis Foraneis, & eorum Executoribus, & ita cenſuit *Congregat. Epiſcopor. in Tranen. apud* Nicol. *in dd. Lucubrationib. d. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 28. de Vicar. Foran. *num.* 24. *& refert etiam* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 7. *ſubſect.*

*unic.*



*unic. num.* 6. *ubi num. ſeq. ait, quod* ad Vicarium enim Foraneum, potiùs quàm ad Archipresbyterum loci ſpectat dare licentiam operandi die feſto, & contravenientes mulctare, *ex eàd. Congregat.* 1597. 18. *Nov.* quæ licentia in ſcriptis concedi debet, non oretenus, *ex eàd. Congregat.* 1615. 21. *Aug.*

73 1591. 5. Febr. —— Non tenentur ſolvere Vicarii Foranei, vel alii Rectores Curſoribus, aut aliis Epiſcopi Miniſtris per Diœceſim diſcurrentibus quidquam, ſed tantùm miniſtrare debent cubile, & lumen: & ſi victum eis præbeant, ab Epiſcopo repetere poſſunt. *Congregat. Epiſcopor. in Lycien. quod* intellige, ſi à principio habuerunt animum repetendi, *ead. Congregat. in Balneoregien. apud* d. Nicol. *loc. cit. num.* 26. *& refert. etiam* Pellegrin. *ibid. num.* 23.

74 1591. 21. Apr. —— Poteſt Vicarius Capitularis viſitare Diœceſim, quamvis id à Capitulo ſpecialiter ei non fuerit commiſſum. *Congregat. Concil. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 2. *num.* 10. *ubi num.* 12. *ait*; non tamen faciat novitates, *ex Congregat. Epiſcopor. in Lancianen.* 1629. 10. *Jun.* cum famulatu, & comitatu ſolito, à Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *de reform.* præſcripto, *ex Congregat. Concil. in Limana* 1629. 10. *Maii*: Hæc etiam habet Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 28. de Vicar. Capitul. *num.* 21.

75 1591. 20. Aug. —— Vicariis Foraneis, & Archipresbyteris concedenda eſt ab Epiſcopo facultas, ut de conſilio Medicorum impertiri poſſint indigentibus licentiam veſcendi cibis vetitis in Quadrageſima: quæ quidem licentia detur gratis, ita ut nec pro ſcriptura quidquam accipere liceat. *Congregat. Epiſcopor. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Quadrageſima, *num.* 1. ¶ Notandum, quod dictis Vicariis Foraneis dari debet etiam facultas concedendi Parochis licentiam abſentiæ per breve

tem-

tempus, ut cenſuit *Congregat. Concil. in Brixien.*
*apud* eund. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 3. tit. 4. n. 35.*
*in fine*.

1591. 2. Dec. —— Vicarius, qui propria authori- 76
tate admiſit Novitias ad Profeſſionem in Mona-
ſterio nondum dotato, cogitur ad ſubveniendum
de ſuo. *Congregat. Epiſcopor. in Mileten. apud* Ni-
col. *in Floſcul. verb.* Neceſſitas, *num.* 8.

1591. 17. Dec. —— Monachus, vel Religioſus de
Mendicantibus, vel ſtrictioris non mendicantis 77
Religionis non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi,
quia dedecet eos extra clauſtra degere, & incon-
veniens eſt, ut Juſtitia adminiſtretur à Theolo-
gis, qui non ſunt Iuriſconſulti. *Congregat. Epiſ-
copor. in Caputaquen.* ac Clem. VIII. *in Conſtit.* 60.
§. 19. *apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *in
princip. nu.* 5. *ubi tamen ait, quod* poteſt tamen Mo-
nachus, vel Religioſus eſſe Vicarius cum con-
ſenſu Abbatis, vel Superioris, ſi habeat licen-
tiam Apoſtolicam degendi extra clauſtra, ut re-
ſolvit *ead. Congregat. in d. Caputaquen.* 1593. 17.
*Nov.* & referunt etiam Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2.
*lib.* 1. *tit.* 28. de offic. Vicar. Gener. *num.* 4. *ac*
Antonell. *de regim. Eccleſ. Epiſcop. lib.* 6. *cap.* 10.
*num.* 10. nec non Paſcucc. *par.* 2. *tit.* de Regula-
ribus, *pag. mihi* 345. & denique Leuren. *de Vicar.
tract.* 1. *cap.* 1. *qu.* 50. *&* 51.

1592. 30. Iunii. —— Gubernator Epiſcopus in- 78
diſtinctè incenſatur, & recipit Pacem ante Vica-
rium, & etiam non Epiſcopus, ſi ſit Provinciæ:
ſi verò ſit Civitatis particularis non Epiſcopus,
præſente Epiſcopo ante Vicarium, eo verò ab-
ſente, poſt Vicarium. *Congregat. Epiſcopor. in Ca-
ſenaten. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Gubernator,
*num.* 2.

1593. 1. Febr. —— Dum omnia Beneficia ſpectan- 79
tia ad Collationem Epiſcopi, vacantia Sede E-
piſcopali vacante reſerventur Papæ, non poteſt
Capitulum in Parochialibus, aliiſve Beneficiis
appo-



ponere OEconomum, aut temporaliter com-
mendare, eò quod ex eo quod Papa habeat pro-
videre, & collatio non pertineat ad ſucceſſorem
in Epiſcopatu, ſoli Papæ, ſeu Miniſtris ejus
competit illud jus cuſtodiæ, aut deputatio OE-
conomi, aut temporaria Commenda. *Rota in
Abulen. Parochialis apud* Leuren. *in Foro Benefic.
par.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 711. *num.* 3. *& in tract.
de Vicar. tract.* 3. *cap.* 3. *quæſt.* 532. *num.* 4. *ubi n.* 6.
*ait, quod* poteſt Capitulum Sede Vacante Eccle-
ſias Parochiales commendare, & conſtituere Vi-
carium, qui Eccleſiæ deſerviat, & Sacramenta
adminiſtret etiam ultra ſex menſes, donec fuerit
de Paſtore proviſum, ex Barboſa *de Jur. Eccleſ.
lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 110. *in fine*: & eſt praxis om-
nium Epiſcopatuum, & multò magis id proce-
dit in Beneficiis Curatis, quàm ſimplicibus, ex
Azor. *par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 38. *quæſt.* 8. non tamen
poteſt Capitulum, ejuſque Vicarius Parochia-
lem Eccleſiam dare in Commendam temporalem
ei, qui in Concurſu magis idoneus judicatur,
aut is conſtitui in adminiſtratorem ejuſdem, ex
Fagnan. *in cap. illa, ne Sede vacante à num.* 26. *ex
Sac. Congr. Conc.* nequit quoque Capitulum com-
mendare Beneficium Regulare Clerico Sæculari,
& è contra, ex d. Azor. *loco citato*, nam nec ipſe
Epiſcopus id poſſet, argum. *Clem. de ſuppl. neglig.
Prælat. in* 6. ſolius enim Papæ eſt Regularia Be-
neficia Clericis ſæcularibus, & ſæcularia Regu-
laribus committere, *cap. cùm ſingula, de Præben.
in* 6.

1593. 21. Maii —— Poſſunt Vicarii Generales ſibi 80
alios ſubſtituere ad modicum tempus ex cauſa, &
cum Epiſcoporum conſenſu: etiam ſine poteſtate
ſubſtituendi. *Rota in Orielen. Beneficii coram* Se-
raphino, *apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1.
*ſect.* 2. *ſubſect.* 2. *num.* 45.

1593. 26. Jul. —— Non poteſt Capitulum apponere 81
reſtrictivam, ut Vicarius Capitularis non poſſit

C proce-

procedere contra aliquam Capitularem abſque
conſenſu Capituli. *Congregat. Epiſcopor. in Legien.*
vel ſine Adjunctis, ut reſolvit *ead. Congregat. in
Salernitana* 1628. 16. *Jul.* neque poteſt apponere
in electione conditionem, ut participet Capitu-
lum de emolumentis ex officio Vicariatus pro-
venientibus, *ead. Congregat. in Brunduſina* 1606.
8. *Maii*: neque poteſt Capitulum ſibi reſervare
facultatem ſignandi ſupplicationes, diſtribuendi
Conciones, vel habendi ſuperintendentiam Semi-
narii, *ead. Congregat. in Tudertina* 1654. 11. *Dec.*
vel faciendi gratiam condemnatis ab ipſo Vica-
rio, vel cognoſcendi de cauſis ſuſpicionis ipſius
Vicarii, ac Judicem non ſuſpectum partibus de-
putandi: vel cum alia inſolita reſtrictiva: Quod
ſi Vicarius Capitularis electus fuerit cum hujuſ-
modi conditionibus, poterit nihilominus liberè
uti ſua juriſdictione, abſque ullo reſpectu ſupra-
dictarum conditionum, *ead. Congregat. in d. Sa-
lernitana*, *apud* d. Pellegrin. *part. 1. ſect. 4. ſub-
ſect. 1. num. 26. & refert etiam* Nicol. *in Lucubra-
tionib. tom. 2. lib. 1. tit. 28.* de Vicar. Capitul.
*numer.* 18.

1593. 13. Sept. —— Vicarius non debet conducere 82
redditus Menſę, tum quia cum hujuſmodi nego-
tia dedecent, tum etiam quia plerumque Judex
ſimul eſſet, & Pars. *Congregat. Epiſcopor. apud*
Nicol. *in Floſcul. in verb.* Locatio, *num.* 4.

1594. 10. Jan. —— Ordinarius pro collatione Be- 83
neficiorum tam in vim Litterarum Apoſtolica-
rum, quàm auctoritate ordinaria in ſuis menſi-
bus facta, nihil recipere poteſt pro ſe, vel Vi-
cario. *Congregat. Concil. in Recenaten. & antea in
Placentina* 1577. 25. *Jan. apud* eund. *ibid. verb.
Beneficium Eccleſiaſticum*, *num.* 15.

1594. 13. Jan. —— Laici præſentati à Patronis, vel 84
qui ſunt præſentandi ad aliquod Beneficium, di-
cuntur arctati, ad effectum, ut Vicarius Capi-
tularis poſſit infra annum Dimiſſorias ad primam
Ton-



Tonſuram concedere. *Congregat. Concil. in Squil-
lacen. apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap.
ult. num.* 118. *& refert etiam* Pellegrin. *in Prax.
Vicarior. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 3. num. 5. ubi num. 8.
ait, quod* poſt annum ſpectat ad Vicarium, non
ad Capitulum hujuſmodi Dimiſſorias dare, pro-
ut Vicario Capitulari Neapolitano reſcripſit *Con-
gregat. Epiſcopor.* 1604. 12. *Jan.* debent tamen eſſe
Subditi Diœceſis illi, quibus Dimiſſoriæ con-
ceduntur, *ex ead. Congregat. in Inſulana* 1601.
2. *Jul.*

1594. 25. Mar. —— Ubi adeſt Vicarius perpetuus, 85
onera Parochialia ſpectant ad illum, nulla ex
parte ad Eccleſiam, Monaſterium, ſeu Locum
pium, quibus unita eſt Parochialis. *Congregat.
Concil. in Capuana pro Monachis Montis Caſſini*,
*apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 1. tit. 23.
num. 7. & refert reſolutum in Eugubina* Barboſa,
*in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 7. n. 34.*
ex Aldan. *in Compend. Canonic. reſolut. lib. 3. ti-
tul. 2. num.* 20.

1594. 19. Jun. —— Univerſis, & ſingulis pro tem- 86
pore exiſtentibus Locorum Ordinariis, eorum-
que Vicariis, & Officialibus, nec non quorum-
cumque Ordinum Superioribus mandatur, qua-
tenus ipſi, & eorum ſinguli, quantum ad eos
pertinet, curent omni ſtudio, diligentia, au-
ctoritate, & vigilantia Conſtitutionem ſuper mu-
nerum largitione omnibus utriuſque ſexus Reli-
gioſis (Militaribus exceptis) etiam Superiori-
bus, & Capitulis prohibita, firmiter, & invio-
latè obſervari, & contra inobedientes, vel
tranſgreſſores condignis pœnis animadverti, in-
vocato (ſi opus fuerit) auxilio Brachii Secula-
ris. *Clemens VIII. in Conſtitut. quæ incipit* Reli-
gioſæ, §. 13. *apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in
fine Operis, pag. mihi* 441.

1594. 24. Aug. —— Moniales Regularibus licèt
ſubjectas alloqui (multò minus in Clauſuram
C 2 ingre-

ingredi ) nemo poteſt ſine licentia etiam Epiſcopi, vel ejus deputati, qui cum earum Vicario, ſeu Confeſſario licentias ſubſcribat. *Congregat. Epiſcopor. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Monialis, *num.*28. ¶ Notandum, quod Vicarius Generalis poteſt dare licentiam Monialibus ob aliquem gravem caſum exeundi, quia facultas, quæ Epiſcopo conceditur in Tridentino, cenſetur etiam conceſſa ipſius Vicario Generali, niſi Vicarius excipiatur, aut niſi res aliena ſit à Vicario, Bonac. *de Clauſur. qu.* 1. *punct.* 8. *num.* 3. maximè cùm Vicarius Generalis vocetur Loci Ordinarius, Sbroz. *de Vicar. par.* 3. *alleg.* 102. *num.*28. ad Vicarium autem Capitularem, Sede vacante, extendi præterea poterit, & ad Vicarios Generales aliorum Prælatorum, tam Regularium, quàm Sæcularium Monialium Præfectorum, ut colligitur ex Sanchez *in Decal. lib.*6. *cap.*15. *numer.*30. & Victorell. *de orig. & clauſ. Monial.* §. an ſolus Epiſcopus, *apud* Tamburin. *de Jur. Abbatiſſar. diſp.*20. *quæſito* 5. *num.* 8. *&* 9. ¶ Notandum ſecundò, quod ſi Monaſterium Sanctæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſit ſubjectum, Vicarius Epiſcopi non poterit appellari hujus Monaſterii Ordinarius, quia Epiſcopus cenſetur Delegatus dictæ Sedis circa illud, & per conſequens Vicarius non poterit approbare, & concedere pro tali Monaſterio licentiam egrediendi in caſu gravi, Merol. *tom.*1. *diſp. Theol. mor. diſput.* 1. *cap.* 2. *differen.* 4. *num.* 488. *apud* d. Tamburin. *loc. cit. num.*10. ¶ Notandum tertiò, quod Vicarius Generalis Epiſcopi mandatum ſpeciale habens, in Monaſteriis eidem Epiſcopo ſubjectis poteſt licentiam ingrediendi Clauſuram concedere, ut affirmant *DD. relati ab* eod. *ibid. diſp.*23. *quæſito* 2. *num.* 1. *ubi num.* 2. *&* 3. *ait*, idem dicendum de Vicariis Generalibus omnium Prælatorum juriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem habentium: idemque de Vicariis Generali-



neralibus Ordinum Militiarum, & de Generalibus Vicariis Capituli Sede vacante, ut tenent *DD. hoc loco citati*: Epiſcopum denique, vel ejus Vicarium Generalem poſſe concedere licentiam pro ingreſſu in Monaſteria Monialium ſibi, & Sedi Apoſtolicæ ſubjecta, deciſum referunt à Sacra Congregatione *plures DD. relati à* d. Tamburin *d. diſput.* 23. *quæſito* 1. *num.* 3. ¶ Vide infra 1599. 6. Aug.

1595. 14. Jan. — Vicarius Apoſtolicus non præcedit, quando adeſt aliqua Dignitas, vel aliquis Canonicus Epiſcopus, nam tali aſſignatur locus ſuper omnes Canonicos, & Dignitates. *Congregat. Epiſcopor. in Cajetana, apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.*2. *tit.* de Præcedentia, *pag. mihi* 242. 88

1595. 22. Febr. — Vicarius Apoſtolicus non poteſt examinare Confeſſarios approbatos ab Epiſcopo. *Congregat. Epiſcopor. in una Civitatis Caſtellana, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 38. *num.* 9. *ubi etiam quod* multò minus Vicarius Generalis Epiſcopi, *ex eàd. Congregat. in Reatina* 1599. 8. *Jun.* 89

1595. 8. Mar. — Vicario Epiſcopi Miſſam cantanti ſolemnem non miniſtrant Canonici, neque fit Circulus ante ipſum. *Congregat. Epiſcopor. apud* Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Canonicorum munera erga Epiſcopum, *num.* 24. 90

1595. 8. Apr. — Poteſt Epiſcopus in Viſitatione rationem adminiſtrationis Officii exigere à Vicario Capituli Sede vacante conſtituto, atque ſi alicujus delicti reus reperitur, punire. *Congregat. Concil. ad cap.* 16. *ſeſſ.* 24. *de reform. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *titul.* 12. *form.* 9. *num.* 5. 91

1595. 21. Apr. — Facultas diſpenſandi Ordinandos ab interſtitio, tanquam juriſdictionis ordinariæ, tranſit in Capitulum, ſive in ejus Vicarium, prout declaravit *Congregat. Concil. in* 92

Aſtoricen. apud eund. par. 3. tit. 1. form. 41. n. 9.
1595. 28. Nov. —— Vicarius Epiſcopi, tam ab- 93
ſente, quàm præſente Epiſcopo, præcedere de-
bet Dignitatibus, & Canonicis in Eccleſia, &
Choro, & extra in Proceſſionibus, ac in aliis
omnibus actibus publicis, & privatis, etiam in
Synodo Diœceſanâ, quia Vicarius habet juriſ-
dictionem ordinariam in tota Diœceſi, & eſt
ſupra Capitulum, & ſingulos de Capitulo ratio-
ne juriſdictionis, & per conſequens tanquam Su-
perior præcedere debet. Congregat. Rit. apud An-
tonel. de regim. Eccleſ. Epiſc. lib. 3. cap. 18. num. 15.
ex Ricc. in Prax. par. 4. reſol. 390. & refert etiam
Monacel. par. 2. for. 2. num. 18.

1595. 4. Dec. —— Rectori habituali competit jus 94
nominandi de jure, & ex Conſtitutione Piana,
etiam in Vicariis reſervatis: & ideo ex reſerva-
tione non benè infertur ad excluſionem juris no-
minandi; reſervatio enim ſpecialis non tollit Re-
ctori habituali jus nominandi, ſi Papa non de-
rogaverit in ſpecie Bullæ Pianæ, ut in ſpecie
firmavit Rota in Tiraſonen. Vicariæ coram Litta,
apud Piton. par. 1. diſcept. 27. num. 3. & 9. ex Garz.
de Benefic. par. 9. cap. 2. n. 308. & ſeqq.

1596. 20. Mar. —— Beneficiorum appellatione non 95
veniunt Vicariæ temporales ad nutum amovibi-
les. Congregat. Concil. in una Civitatis Caſtella-
na, apud Nicol. in Lucubrationib. tom. 2. lib. 3. ti-
tul. 5. num. 1. ¶ Notandum, quod ideo Vicaria
amovibilis Curæ Animarum non eſt incompati-
bilis cum Beneficio reſidentiam requirente, ut
ex Rota apud Coccin. deciſ. 18. infert d. Nicol. ibid.
tit. 4. num. 37.

1596. 19. Dec. —— Non ſolùm Capitulum Cathe- 96
dralis Sede vacante, tempore celebrationis Con-
cilii Provincialis debet ad illud de neceſſitate
vocari, & poteſt comparère per Vicarium Ge-
neralem cum ſpeciali mandato dandi vocem de-
ciſivam: ſed etiam Capitula Collegiatarum quaſi
Epi-



Epiſcòpalem juriſdictionem habentia ad Provin-
ciale Concilium ſunt vocanda. Deciſum refert
Barboſa in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de
reform. cap. 2. num. 11. ex Sel. & Piaſec. citatis,
& hoc etiam habet Antonel. de regim. Eccleſ. Epi-
ſcop. lib. 4. cap. ult. num. 13. ex d. Piaſec. ac ex Vulp.
in Prax. Judic. cap. 34. n. 7.

1597. 10. Jan. —— Dignitas prima habet munus 97
ordinandi Proceſſiones intra, & extra Civitatem,
abſente Epiſcopo: Vicario autem præſente, ad
illum ſpectabit. Congregat. Rit. in Tarentina apud
Barboſ. de Canonic. & Dignitatib. cap. 7. numer. 7.
¶ Quoad ſecundam partem hujus Decreti refert
aliam ejuſdem Congregationis Deciſionem Ga-
vantus in Manuali Epiſcopor. verb. Proceſſio, in
addit. num. 2. nempe, abſente Epiſcopo, ſpectat
ad Vicarium Generalem edicere, & dirigere Pro-
ceſſiones cum conſilio Capituli.

1597. 3. Febr. —— Vicarius non poteſt eſſe Confeſ- 98
ſarius Monialium, quia Moniales de ipſo non
conſiderent. Congregat. Epiſcopor. in Mutinen. &
antea in Sorana 1587. 23. Jul. apud Paſcucc. in
Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatell. par. 2.
tit. de Monialibus, pag. mihi 96. & refert etiam
Nicol. in Floſcul. verb. Confeſſarius, num. 33.

1597. 25. Febr. —— Vicarius Capitularis eligi de- 99
bet Doctor, ſi adſit, alioquin electio eſt nulla.
Congregat. Epiſcopor. in Tranen. apud eund. ibid.
tit. de Vicario, pag. mihi 417. ubi etiam quod
exiſtentibus Doctoribus in Capitulo, neceſſariò
unus ex illis in Vicarium eſt eligendus, ex Con-
gregat. Concil. apud Garz. de Benefic. par. 5. nu-
mer. 12.

1597. 10. Mar. —— Capitulum eligit Vicarium Ca-
pitularem, ſi Epiſcopus efficeretur captivus ab 100
inimicis Catholicæ Fidei, putà à Turcis, Sara-
cenis, Paganis, Hæreticis, Schiſmaticis, &
hujuſmodi, quia tunc diceretur mortuus civili-
ter, & in hoc caſu mors civilis æquiparatur
C 4 morti

morti naturali, ut ex *c. ſi Epiſcopus*, ubi Gloſſ.
*in verb. mortem, & verb. ſed Capitulum, & verb.
Paganis, verſ. nota primò, de ſuppl. neglig. Prælat.
in 6.* dixit *Rota in Burgen. coram* Orano *apud* Pel-
legrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 5. n. 6.*

1597. 10. Mar. —— Capitulum fiet ſtata die, &
hora cujuslibet Hebdomadæ: ſi autem ex cauſa 101
fieri debeat alia die, peti debet ab Epiſcopo,
vel ejus Vicario licentia. *Congregat. Epiſcopor. in
Andrien. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Capitulum,
*numer.* 8.

1597. 7. Jul. —— Si adſit conſuetudo, ut omnes 102
Cauſæ Cleri alicujus Oppidi, tam Civiles, quàm
Criminales, & mixtæ (exceptis iis, pro quibus
pœna corporis afflictiva venit imponenda) per
Vicarium Foraneum illius Oppidi cognoſci de-
beant, ſunt relinquendi in ea poſſeſſione, vel
quaſi, cùm concedi poſſit mandatum de manu-
tenendo, & de facto ſic declaravit *Congregat.
Epiſcopor. in Tarentina pro Oppido Martina, apud*
Pellegrin. *in prax. Vicarior. par. 1. ſect. 7. ſubſect.
unic. num. 5.* & refert etiam Nicol. *in Lucubra-
tionib. tom. 2. lib. 1. titul.* 18. de Vicar. Foran.
*numer.* 29.

1597. 3. Sept. —— Vicario datur licentia ſeque- 103
ſtrandi fructus Menſæ pro ſuis proviſionibus. *Con-
gregat. Epiſcopor. in Alatren. apud* Nicol. *in Lucubra-
tionib. tom. 2. lib. 5. tit. 39.* de decima ſeptima ex-
communic. *num.* 117. ¶ Notandum, quod non
poteſt Epiſcopus pœnas pecuniarias convertere
in mercedem Vicarii, non obſtante contraria
conſuetudine, ut ex *Congregat. Concil. relata à*
Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Pœnæ pecunia-
riæ, *pag.* 395. *& à* Sbroz. *de Vicar. in addit. lib. 2.
qu.* 143. dixit Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Cano-
nic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de legatis piis, *pag.
mihi* 9. & hoc etiam habet Barboſa *in Collect. ad
Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. n.* 24.

1597. 18. Nov. —— Diſpenſare ſuper Feſtorum 104
obſer-



obſervatione ſpectat etiam ad Vicarium licèt Fo-
raneum, non autem ad Archipresbyterum, ſive
Curatum, niſi Vicario abſente. *Congregat. Epi-
ſcopor. in Materana, & antea* 1594. 2. *Aug. apud* d.
Nicol. *ibid. lib. 2. tit. 9.* de feriis, *n.* 2.

1598. 4. Maii. —— Poſſeſſio, ſeu quaſi Juris con- 105
ferendi Beneficium acquiritur per unicum actum,
qui fuerit ſortitus effectum, veluti per unam
collationem, ut per text. *in cap. querelam, de
elect. & in cap. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſa
poſſ. & propr.* dixit *Rota in Bracharen. Monaſterii
coram* Lancellotto ſen. *apud* Corrad. *in Prax. Be-
neſic. lib. 1. cap. 6. num.* 344. ex Mareſc. *deciſ.* 55.
*num.* 24. *qui num.* 26. id ampliat etiam in colla-
tione facta per aſſertum Vicarium, quia adhuc
per eam acquiritur Epiſcopo quaſi poſſeſſio con-
ferendi: imo etiamſi fuerit facta ab ipſo Vicario
Generali, mortuo Epiſcopo, & ante ſucceſſo-
ris adventum, acquiritur Epiſcopo ſucceſſori, non
conſtito, quod hujuſmodi obitus ad notitiam
Vicarii pervenerit. ¶ Notandum, quod poteſt
Epiſcopus concedere Vicario facultatem confe-
rendi omnia Beneficia ad ſuam collationem ſpe-
ctantia, Azor. *par. 2. lib. 3. qu.* 1. citans Gloſſ.
*in cap. ult. de offic. Vicar. in 6. verb. commiſſa*,
aliique apud Leuren. *de Vicar. tract. 1. cap. 4. §. 3.
qu. 236. n. 1. & 2.* imo non poteſt alteri, quàm Vi-
cario ſuo hujuſmodi facultatem concedere, Franc.
*in cap. fin. de offic. Vicar.* Fagnan. *in cap. in præ-
ſentia, de teſtib. num.* 14. juxta *cap. conſtitutus,
de conceſſ. Præb. & cap. ſtatutum, de Præb. in 6.*
Vicarius autem debet eſſe in Spiritualibus Gene-
ralis, non Foraneus, Gloſ. *ult. in d. cap. ſtatu-
tum, & in cap. deliberatione, de offic. deleg. in 6.
apud* d. Leuren. *ibid. qq.* 247. & 248. dictus Vi-
carius non confert tanquam Ordinarius, ſed
tanquam delegatus, Sbroz. *de Vicar. lib. 2. qu.* 88.
*num.* 1. citans Felin. *in cap. licet, de off. Ordin. col.* 1.
Pavin. *de poteſt. Capit. Sed. vac. par. 2. qu. 10. nu-
mer.* 31.

mer. 31. Pariſ. conſil. 80. num. 13. ideoque à tali collatione appellari poterit ad Epiſcopum, Franc. in cap. 2. de offic. Vicar. in 6. apud d. Leuren. loc. cit. qu. 261. Epiſcopus verò tenetur ſtare collationi factæ à Vicario ſuo, ſi contulerit legitimè, ſecus ſi contra formam mandati ad conferendum, & in hoc caſu Vicarius tenetur ad damna, & ad collationem alterius Beneficii, juxta cap. inter cætera, de Præb. & ibi DD. Vicarius denique non poteſt cognoſcere de collatione facta ab Epiſcopo, eà ratione, quia inferior factum Superioris reſcindere non poteſt, cap. cum veniſſent, de inſtit. cap. ut noſtrum, de appellat. apud d. Leuren. ibid. quæſt. 271.

1599. 16. Iun. —— Examinatores ad finem referendi 106
Epiſcopo, vel Vicario idoneos quoad omnia requiſita, ſufficit, quod ſe extrajudicialiter informent à Perſonis fide dignis de qualitatibus concurrentium. Rota in Mediolanen. Parochiæ coram Seraphino, apud Ventrigl. in Prax. rer. notabil. tom. 2. annot. 5. §. 1. num. 48. ¶ Notandum, quod electio dignioris committi poteſt Vicario facienda, ut tenet Io. Sanch. in ſelect. diſp. 50. num. 25. apud Barboſ. in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. n. 145.

1599 6. Aug. —— Facultas concedendi licentias in- 107
greſſus in Clauſuram reſervatur Epiſcopo, & per eum non poteſt delegari, niſi Vicario Generali dumtaxat, & per ſcripturam. Congregat. Concil. in Senen. apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 1. form. 3. num. 10. ubi quod cùm hoc Decretum fortè non viderit Tamburin. de Jur. Abbatiſſar. diſp. 23. qu. 3. num. 4. erit excuſandus, ſed non ſequendus, quia putat, poſſe Epiſcopum, aliumve Superiorem hanc eandem facultatem Abbatiſſæ, vel Confeſſariis delegare. ¶ Vide ſupra 1594. 24. Aug.

1600. 17. Ian. —— Si Epiſcopus introduxit Ritum 108
Latinum in aliquem Locum ſuæ Diœceſis, non

debet,



debet, eo defuncto, Vicarius Capitularis innovare, reſtituendo Græcum. Congregat. Epiſcopor. apud Nicol. in Lucubrationib. tom. 2. lib. 3. tit. 9. num. 1. ¶ Notandum quod dum in caſu capitis quoniam, de offic. Ordin. duo ſunt Epiſcopi in eâdem Diœceſi, unus v. gr. pro Ritu Græco, alter pro Latino, quilibet ex iis ſuum deputare poteſt Vicarium, quorum quilibet erit generalis, & unicus in Diœceſi reſpectivè, prout habet Leuren. de Vicar. tract. 1. cap. 1. §. 1. qu. 30. ex Card. de Luca de Benefic. diſc. 10. n. 7.

1600. 8. Mar. —— Gubernatio, & ſuperintendentia 109
Eccleſiæ vacantis commiſſa Epiſcopo viciniori tanquam proprio abſque prohibitione eligendi Vicarium Capitularem. Congregat. Epiſcopor. in Uranien. qui Vicarius poſt annum concedere poſſit Dimiſſorias, & intra annum arctatis, ac ſi non adeſſet ſuperintendens, modò benè utatur tali facultate, ead. Congregat. in Tranen. 1605. 25. Jan. apud Nicol. in Floſcul. verb. Gubernator, num. 4.

1600. 16. Maii —— Vicario Epiſcopi debent dari 110
Candelæ, Palmæ, & Thus ante Canonicos, & Dignitates, exceptis iis, qui cum Paramentis aſſiſtunt Epiſcopo in Sede Epiſcopali exiſtenti. Congregat. Rit. in Biſinianen. apud Barboſ. de Canonic. & Dignitat. cap. 18. n. 27. & referunt etiam Paſcucc. in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit. de Præcedentia, pag. mihi 240. ac Leuren. de Vicar. tract. 1. cap. 2. quæſt. 61. num. 3. dicti autem Parati præcedunt Vicario Generali, non obſtante contraria conſuetudine, ead. Congregat. in Caſtellaneten. 1621. 25. Sept. apud d. Barboſ. ibid.

1600. 16. Maii —— Non licet Vicario Generali 111
occupare locum Epiſcopi abſentis, nec parare ſibi Sedem cum tapete, & pulvinari, ſed idem debet eſſe ejus locus abſente Epiſcopo, quem illo præſente habere conſuevit. Congregat. Rit. in d.

Biſi-

*Biſinianen.* & poſtea *in Brunduſina* 1605. 16. *Iul.*
*apud* d. Paſcucc. *loc. cit. pag. mihi* 241. *& refert*
Leuren. *de Vicar. tract.* 1. *cap.* 2. *qu.* 61. *n.* 2.

1600. 16. Maii —— Dum Epiſcopus ipſe præſens
eſt, & ſtat in Choro intra Canonicos extra Se-
dem Pontificalem, Vicario debet aſſignari alius
locus conveniens, ut declaravit *Congregat. Rit.*
*in d. Biſinianen. apud* Leuren. *de Vicar. tract.* 1. *cap.*
2. *qu.* 61. *num.* 2.

1600. 16. Maii —— Vicarius Generalis debet habe- 112
re locum ſupra omnes Canonicos in Congrega-
tionibus, Capitularibus, dum fortè Vicarius
ab Epiſcopo pro negotiis tractandis ad Capitu-
lum deſtinatur, ſic expreſsè definiente *Congre-*
*gat. Rit. in d. Biſinianen. apud* eund. *ibid. ubi tamen*
*ait, quod* ſi Vicarius non eſt Canonicus, non
debet Capitulo intervenire, etiam abſente Epiſ-
copo; juxta diſpoſitionem Tridentini *ſeſſ.* 25.
*cap.* 6.

1600. 16. Maii. —— Epiſcopo abſente, Vicarius 113
non poteſt Miſſas Conventuales, nec Pontifi-
cales celebrare. *Congregat. Rit. in d. Biſinianen.*
*apud* Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Functio-
nes Epiſcopales, *num.* 21.

1600. 17. Maii. Poteſt Vicarius Capitularis ſubſti-
tuere ſibi Vicarium ad modicum tempus prop-
ter ejus abſentiam, vel infirmitatem, non ve-
rò Capitulum. *Congregat. Concil. apud* Pellegrin.
*in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 2. *num.* 26.
& refert etiam Barboſa *in Collect. ad Concil.*
*Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 16. *num.* 20. *ubi*,
etiam in delegatis, *ex ead. Congregat. relata* à
Sel. *in Select. cap.* 19. *n.* 45.

1600. 17. Maii. —— Capitulum Cathedralis, non au- 114
tem ejus Vicariis, in caſibus, in quibus eidem
Sede Epiſcopali vacante licet per Tridentinum
Dimiſſorias concedere, poteſt etiam ex cauſis
in Concilio expreſſis Ordinum Interſtitia remit-
te. *Deciſum refert* Aldan. *apud eund. ſeſſ.* 7. *c.* 10. *n.* 12.

1600.



1600. 10. Jun. —— Judices Eccleſiaſtici, in aliqua
Eccleſia deputati, niſi ſint Vicarii Generales,
non debent habere locum in Choro, neque
præſente, neque abſente Epiſcopo. *Congregat.*
*Rit. in Compoſtellana, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.*
Judex, *num.* 14.

1600. 11. Sept. —— Adveniente Parochialium va- 115
catione, poteſt Vicarius Capituli Concurſus in-
ſtituere, & OEconomos deputare, juxta declara-
tionem *Congregat. Concil. apud* Monacel. *in For-*
*mular. leg. pract. p.* 2. *tit.* 16. *form.* 10. *n.* 14. ¶ No-
tandum primò, quod non requiritur conſenſus Ca-
pituli ad deputandum Vicarium, & proponendum
Edicta Concurſus, quia Vicarius Capituli debet
ea omnia obire, quæ ex Tridentino *c.* 18. *ſeſſ.* 24.
ſpectant ad Epiſcopum: *Deciſum refert in Meſſanen.*
Paſcucc. *par.* 1. *tit.* de Concur. Paroch. *pag. mihi*
192. ex Pignatel. *tom.* 9. *conſult.* 77. ¶ Notan-
dum ſecundò, quod ſuppoſita Parochialium re-
ſervatione, Vicarius Capituli ex approbatis e-
ligit digniorem, & offert Papæ ab eo provi-
dendum, Card. de Luca *de Paroch. diſc.* 4. *&* 5.
Fagnan. *in cap. illa, ne Sed. vac. num.* 17. *in fine,*
*& num.* 25. *ex Congr. Concil. apud.* Leuren. *de Vi-*
*car. tract.* 3. *cap.* 3. *qu.* 530. *ubi qu.* 539. *dicit, quod*
Capitulum Sede vacante poteſt Beneficiatum
privare ſuo Beneficio, Diana, Pariſ. Azor. &
Pavin. *citatis.* ¶ Notandum tertiò, quod con-
fert Beneficia collationis liberæ ſimultaneæ E-
piſcopi cum Capitulo: ac etiam devoluta ad E-
piſcopum, ſi ſint collationis neceſſariæ: non au-
tem quæ ad liberam ſolius Epiſcopi quà talis,
ſeu quà Ordinariis Diœceſis collationem ſpe-
ctant, juxta *cap.* 2. *ne Sed. vac. & cap. un. eod. tit.*
*in* 6. *cap. quanto, & cap. ea noſcitur, de his quæ*
*fiunt à Prælat. & cap.* 1. *de inſtit. in* 6. *apud* eund.
*ibid. qu.* 525. *num.* 1. ¶ Notandum denique quar-
tò, quod inſtituit Præſentatos ad Beneficia Ju-
riſpatronatus ad præſcriptum Tridentini *ſeſſ.* 24.
*cap.* 16.

*cap. 16. de reform.* & ſatis expreſsè docet text. *in d. cap. 1. de inſtit. in 6. apud* Corrad. *in Prax. benefic. lib. 2. cap. 9. num. 61.* non tamen poteſt præſentare ad Beneficium Juriſpatronatus competentis Epiſcopo, *ut DD. apud d.* Leuren. *ibid. quæſt. 520.*

1601. 2. Ian. —— Ad realem pœnam triremium, pro degradatione, Vicarius, Epiſcopo abſente, aliquem Epiſcopum vicinum advocare debet. *Congregat. Epiſcopor. in Parmen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 5. tit. 37. n. 5. in fine.* 116

1601. 5. Ian. —— Locorum Ordinarii, eorumque Vicarii, & Officiales in cauſis, & negotiis Sancti Officii, pro examine Teſtium, ſeu principalium Reorum, pro ſportulis Sententiarum, pro quovis Decreto, ſeu actu, ſeu quacunque expeditione nihil omnino exigant, & recipiant, etiam à ſpontè dantibus, ſed gratis omnia expediant: & cùm aliquid ipſis Ordinariis, eorumque Vicariis, & Officialibus ſignificatur nomine Sanctæ, & Univerſalis Inquiſitionis Romanæ, quamprimùm litteris reſcribant, & negotia injuncta exequutioni demandent. *Congregat. Inquiſit. coram* Clem. VIII. *apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 3. Conſtitut. 76. quæ incipit* Sanctiſſimus, §. 1. & 3. 117

1601. 16. Ian. —— In Monaſteriis ſibi ſubjectis non debent Regulares excludi ab adminiſtratione Bonorum, ſed admitti ſimul cum Epiſcopo, vel ejus Vicario. *Congregat. Epiſcopor. in Vercellen. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Regulares, *n. 40.* 118

1601. 22. Ian. —— Libri rationum Monaſteriorum teneri debent per Moniales extra tempus reddendi rationes, quo teneri poterunt per Epiſcopum, vel Vicarium. *Congregat. Epiſcopor. in Fanen. apud* eund. *ibid. verb. Liber, n. 5.* 119

1601. 5. Febr. —— Poteſt Vicarius Capitularis exequi litteras ad Vicarium Epiſcopi mortui directas ſub nomine Vicarii. *Congregat. Epiſcopor.* 120

*apud*



*apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſeſſ. 4. ſubſect. 2. num. 20.* ubi tamen ait, quod negat *Rota in Ilerden.* 1588. *4. Maii coram* Seraphino, Garz. *de Benefic. par. 6. cap. 2. à num. 45.* Leo *in Theſaur. For. Eccleſ. par. 1. cap. 10. num. 8. fallentia 4.* ac Barboſa *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 32. num. 57. cum. ſeqq.* & de communi obſervantia teſtatur, plureſque affert declarationes Sacræ Congregationis.

1601. 2. Apr. —— Vicarii Foranei nullam habent præcedentiam ratione ſui officii, in Choro, in Seſſionibus, Proceſſionibus, & aliis actibus, & functionibus Eccleſiaſticis, ſupra alios Presbyteros loci ipſis Vicariis antiquiores, & digniores, ex eo ſolùm, quod ſunt Vicarii Foranei, niſi contrarium haberetur de conſuetudine: neque ſuper hoc innovatio fieri debet, præſertim Sede vacante: ſed debent ſtare, ſedere, & incedere in loco ſolito ſuæ receptionis, & dignitatis, ac ſi non eſſent Vicarii, tam cum Cocta, quàm ſine illa, non obſtante quacumque ordinatione Epiſcopi in contrarium. *Congregat. Epiſcopor. in Tranen. & antea in Nolana 1587. 15. Sept.* In Congregationibus autem, quæ ſingulis menſibus fiunt de mandato Epiſcopi (ubi talis viget conſuetudo) præcedere debent omnibus pædictis tanquam Epiſcopi delegati, non tamen in Proceſſionibus, & aliis, quæ fiunt ante Congregationem, *Congregat. Rit. ſignanter in Tropien. 1603. 25. Jan.* neque ratione officii Vicariatus debent ante alios habere thuris, & Pacis honorem: & in Proceſſionibus, & Choro uti debent Cocta, ſicuti alii Presbyteri, *ead. Congregat. in Tranen. 1603. 24. Sept. apud* Pellegrin. *par. 1. ſect. 7. ſubſect. unic. num. 7. 8. & 9.* & refert etiam Barboſa *de Canonic. & Dignitatib. cap. 5. num. 55. ubi alias vigintitres* ad hanc *rem Deciſiones*: & idem dicit *cap. 18. n. 33.* 121

1601. 2. Apr. —— Præsbyteri ſæculares, qui Curam Animarum non habent, ſine licentia Epiſcopi prædicare non poſſunt; neque Vicarius, ſi 122

non

non eſt in Sacris, vel non approbatus. *Congregat. Epiſcopor. ex §. 2. Trid. cap. 2. ſeſſ. 5. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Prædicator. *n. 9.*

1601. 15. Maii. —— Vicarius Capitularis non po- 113
teſt, nec debet expedire cauſas, quæ patiuntur dilationem, imminente proviſione Eccleſiæ, niſi fuerint ſibi ſpecialiter delegatæ: ſed relinquere expeditionem novo Epiſcopo, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. in Narnien. & antea in Neapolitana* 1594. 17. *Maii*, ac poſtea *Congregat. Concil.* 1604. 17. *Maii*, *apud* eund. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 1. tit.* 28. de Vicar. Capit. *num.* 21. *& refert etiam* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 4. num. 29.*

1601. 29. Maii. —— Cura Eccleſiarum unitarum, 114
ſi ſunt pingues, debet exerceri per Vicarium perpetuum: ſi verò tenues, per amovibilem. *Congregat. Epiſcopor. in Lucana, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Cura Animarum, *n. 6.*

1601. 6. Iun. —— Quando pro Cura in Eccleſia 115
Collegiali deputatus ſit Vicarius perpetuus, ad eum ſpectabunt, & non ad Capitulum & Canonicos, expenſæ pro emptione, ſeu proviſione Pixidis argenteæ deauratæ cum ejus conopæo intus Tabernaculum: Librorum pro Matrimoniis, & Baptizatis conſcribendis: Vaſculorum ad Olea Sacra conſervanda: Calicis novi: Vaſculi argentei: Burſæ ſericeæ cum chordulis ſericeis: & Umbellæ ad uſum deferendæ Sacræ Euchariſtiæ ad Infirmos. *Congregat. Epiſcopor. in Camerinen. apud.* eund. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 23. num. 7.*

7601. 19. Jun. —— Non debet Vicarius Generalis 116
inſtigatorem agere contra Carceratos in Foro Laicali, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. in Reatina apud* Pellegrin. *par. 1. ſect. 6. num. 25. ubi num. ſeq. ait, quod* neque præſtare debet auctoritatem depoſitis fictis Monialium, aliàs incurrit pœnam, ut teneatur de proprio, *ex eàd. Congregat.*



*gregat. in d. Reatina* 1604. 26. *Jan.*

1601. 16. Jul. —— Una ex cauſis removendi Vica- 117
rium Capitularem uti indignum, eſt, ſi patiatur aliquod fieri contra libertatem Eccleſiaſticam. *Congregat. Epiſcopor. in Materana, apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Vicario, *pag. mihi* 412. *& refert etiam* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 1. num.* 20. ubi aliæ cauſæ remotionis, nempe, ſi non reſideat, ut reſolvit *ead. Congregat. in Tridentina* 1622. 7. Iul. ſi eſt debitor Capituli, prout decrevit *ead. Congregat. in Nullius Altamuren.* 1646. 13. *Iul.* ſi accipit pecuniam pro Dimiſſoriis, quam juſſus à Superioribus non reſtituit ſtatim, *ead. Congregat. in Tranen.* 1604. 17. *Maii*: ſi patitur multas exceptiones, & propter malos mores redditus ſit exoſus Clero, & Populo, *ead. Congregat. in Neapolitana* 1604. 26. *Ian.* ſi ſit Vicarius Capitularis in Metropolitana, & ſine cauſa inhibet Suffraganeo, vel ejus Vicario exercitium ſui officii, *ead. Congregat. in Tarentina* 1600. 17. *Ian.* & poſtea *in Materana* 1604. 8. *Maii* prout etiam habet Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 1. tit.* 28. de Vicar. Capit. *n.* 22.

1601. 20. Aug. —— Licèt omnis Homo, qui ad- 118
miniſtrationem alicujus exercet, regulariter teneatur reddere rationem, juxta illud Evangelii: redde rarionem villicationis tuæ, *cap. qualiter, & quando il 2. de accuſat.* Vicarii tamen, & Officiales, ſive generales, ſive particulares, etiam Foranei nuncupati, nullo modo ad aliquem Synnicatum tenentur, aut eidem ſub quovis prætextu obnoxii ſunt, juxta Conſtitutionem Gregorii XIII. incipientem *Quoniam in Eccleſia*, editam 1579. 2. Maii, quia ſi erraverint, Epiſcopi providebunt, prout juſtum fuerit. *Congregat. Epiſcopor. in Tarentina*: maximè in cauſis ſuſpicionis, deputando delegatum, ſi ipſimet cauſam cogno-

ſcere nolunt, vel non poſſunt, quia & ipſi quoque ſint ſuſpecti, & dimittendo ipſi delegato liberam Iuſtitiæ adminiſtrationem, *ead. Congregat. in Brunduſina* 1592. 13. *Oct. apud* Pellegrin. *par.* 1. *ſect.* 2. *ſubſect.* 6. *num.* 21. & quoad primam partem idem refert Bærboſa *de Canonic. & Dignitatib. cap. ult. num.* 136. *ubi quod* licèt ſtatuatur pro Eccleſia Tarentina, lex tamen communis eſt, & ad alias extendi debet, ex Marcel. Vulpe *ibid. citato* hujuſmodi extenſionem probante.

1601. 15. Oct. —— Vicarius Capituli, Sede vacante, debet provideri de competenti ſalario. *Congregat. Concil. apud* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. cap. ult. num.* 35. *ubi num.* 60. *ait, quod* debet habere ſalarium ex Bonis Eccleſiæ vacantis, Gloſſ. *verb. expenſa, in Clem. ſtatutum, de elect.* etiamſi Vicarius ſit Canonicus, vel aliàs de gremio ipſius Eccleſiæ, quia nemo tenetur ſuis ſtipendiis militare, *cap. jam nunc* 28. *qu.* 1. *cap. cùm ex officiis, de præſcript.* & etiam præfata Congregat. *apud* eund. *ibidem num.* 136. *& referunt etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 28. de Vicar. Capit. *num.* 22. *nec non* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. p.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 1. *n.* 30. *ubi quod* hoc ſalarium poteſt eſſe ad rationem ſcutorum quatuor pro ſingulis menſibus, ut declaravit *ead. Congregat. in Caſalen.* 1654. 21. *Aug.* non tamen debet eſſe majus eo, quod habebat Vicarius Epiſcopi defuncti, *ex ead. Congregat. in Ventimillien.* 1602. 15. *Ian.* Quoad verò Cauſas Beneficiales, Civiles, & Criminales, vide taxam editam Romæ 1597. *apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Taxa. ¶ Notandum, quod circa Diſtributionum perceptionem in abſentia, ſi Vicarius Capitularis ſit Canonicus, aliqui affirmant, aliqui negant: vide Antonell. *de regim. Eccleſ. Epiſ. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 21. 129

1601. 14. Nov. —— Non debet Vicarius Romam ſcribere 130



bere pro qualibet re levi occurrente in Diœceſi. *Congregat. Epiſcopor. in Theanen.* ſed benè pro re gravi, nimirum pro delicto commiſſo contra Epiſcopum, *ead. Congregat. in d. Theanen.* 1602. 1. *Oct.* & ſimiliter pro aliis occurrentiis gravioris momenti, *ead. Congregat. in Caſtren.* 1602. 26. *Nov. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *ſect.* 6. *num.* 24. ¶ Notandum primò, quod cùm agatur de contumeliis Vicario Generali illatis in uſu, & exercitio ſuæ juriſdictionis, poteſt Epiſcopus punire etiam quemcumque Ordinis Militaris, cui in hoc caſu exemptio non ſuffragatur, etiamſi deferat Habitum illorum Militum Regularium, qui gaudent exemptione. *Congregat. Concil. in Panormitana, apud* Barboſ. *de Iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 154. & Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 279. ¶ Notandum ſecundò, quod offendens Vicarium Epiſcopi poteſt etiam ad triremes damnari, ſi exceſſus ſit gravis, & ita fuiſſe ſervatum contra quendam Diaconum, qui Vicarium Epiſcopi in brachio vulneravit, dicit Ricc. *in Prax. For. Eccleſ. par.* 2. *reſol.* 132. *apud* Antonell. *de regim. Eccleſ. Epiſc. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 15. ¶ Notandum tertiò, quod ſi Vicarius Epiſcopi ita delinquat in officio, ut offendat juriſdictionem Metropolitani, putà ſi illius juriſdictionem ſpernat, tunc ab eodem Metropolitano punitur, *cap.* 1. *de offic. Vicar. in* 6. ſi verò delinquat in officio, præjudicando Partibus, & Iuſtitiæ, cognitio, & punitio pertinet ad ipſum Epiſcopum, qui habet facultatem à Iure, prout quivis alius Magiſtratus, coercendi Officialem ſuum, appellatione remota, *l. nulli Officialium, Cod. quor. appell. non recip.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 22. *num.* 100. *& ſeq.* & tunc privari poteſt officio Vicariatus, & officii ſalario, Ricc. *in collect. dec.* 2836. *par.* 7. citans Franc. Marc. *dec.* 646.

1601. 20. Dec. —— Poteſt Epiſcopus primum lo- 131
cum ſupra Dignitates, & Canonicos ſuo Vica-
rio aſſignare. *Congregat. Rit. in Egitanien. apud*
Nicol. *in Floſculis, verb.* Epiſcopus *n.* 78.

1602. 12. Jan. —— Teſtes, qui inducuntur ad pro- 132
bandam, aliquem eſſe ſolutum, ad effectum con-
trahendi Matrimonium, non examinetur per No-
tarios Urbis Vicarii ſolos, ſed cum interventu
Judicis, & per Viceſgerentem conſiderentur de-
poſitiones Teſtium, an concludenter probent.
*Congregat. Inquiſ. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Con-
ſult. Canonic. Iac. Pignatell. par. 2. tit.* de Matrimo-
nio, *pag. mihi* 32.

1602. 22. Jan. —— Epiſcopus Grecus non poteſt or- 133
dinare in Eccleſia Latina ſecundùm ſuum ritum,
& Vicarium id ei concedere nequit. *Congregat.
Epiſcopor. in Tranen. apud* Nicol. *in Lucubrationib.
tom. 2. lib. 1. tit. 11. num. 6. verſ.* non enim, *& re-
fert etiam* Paſcucc. *par. 2. tit.* de Ordine, & Or-
dinatione, *pag. mihi* 173. *ubi quod* Pro Græcis Sub-
ditis debet habere Epiſcopus Latinus Vicarium
Græci ritus, qui eos Græco ritu ordinet, ex *cap.
quoniam de offic. Iud. ord.*

1602. 8. Mar. —— Epiſcopo non licet quicquam 134
accipere, vel percipere directè, vel indirectè pro
creationibus Vicariorum in Parochialibus, nec
pro deputationibus OEconomorum, dum Bene-
ficia vacant: Notarius autem, vel Cancellarius
congruam tantùm percipere poteſt ſui laboris
mercedem, quæ quoad prædicta unum aureum
non excedat. *Deciſum refert in Vicen.* Barboſa *in
Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 1.
num. 9. & 15.*

1602. 12. Mar. —— Dum adeſt Vicarius Apoſtoli- 135
cus, Epiſcopus non poteſt ſeſe in juriſdictionem
ingerere. *Congregat. Epiſcopor. in Siracuſana*: vel
alium Vicarium creare, *ead. Congregat. in Thea-
nen.* 1602. 5. *Nov.* alioquin à Diœceſi diſcedere





jubetur, *ead. Congregat. in Motulen.* 1614. 12. *Dec.
apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Epiſcopus, *num.* 77.
¶ Notandum, quod Vicarius Apoſtolicus ad
Diœceſim Epiſcopi miſſus non debet ſe ingerere
in electione, ſive nominatione pauperum Virgi-
num, quas ab Epiſcopo eligendas, & cum doti-
bus relictis monachandas Teſtator legavit; quia
dictus Vicarius non mittitur ad ea, quæ perti-
nent ad Perſonæ induſtriam, & prudentiam,
Pellegrin. *in Prax. Vicarior.* & dum eligitur Per-
ſonæ induſtria ad aliquod munus obeundum, id
delegari nequit, *cap. fin. §. is autem de offic. deleg.
& cap. is cui, eod. tit. in 6.* in hoc autem caſu
eligitur induſtria Perſonæ à Teſtatore electæ, quę
eſt Epiſcopus.

1602. 30. Maii. —— Poteſt Vicarius Capitularis ex 136
mandato generali capitulari cognoſcere cauſas
Matrimoniales: non tamen cauſas criminales ſi-
ne mandato ſpeciali. *Congregat. Concil. apud* Pel-
legrin. *in Prax. Vicarior. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 2.
num. 18. ubi tamen ait, quod* in praxi tamen ſer-
vatur, quod quotieſcumgue eligitur Vicarius Ca-
pitularis à Capitulo, datur illi omnis facultas,
quam Capitulum habet, & dare poteſt, etiam
in his, quæ ſpeciale mandatum requirunt. ¶ No-
tandum, quod neque Capitulum, neque Vica-
rius Capitularis poteſt expedire Diſpenſationes
Matrimoniales, neque alias cauſas à Sede Apo-
ſtolica delegatas Epiſcopo, ſeu ejus Vicario, ut
tenent DD. apud Antonel. *de regim. Eccleſ. Epiſc.
lib. 4. cap. ult. num. 19.*

1602. 4. Jun. —— Epiſcopus, vel Vicarius prohi- 137
bere poteſt Canonicis, ex juſta tamen cauſa, ne
convocent Capitulum. *Congregat. Epiſcopor. in
Rhegien. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat.
Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Capitulo, &
Canonicis, *pag. mihi* 118. ¶ Vide infra 1641. 13.
Septemb.